Attium esse a. v. c. 584. natum, (quod parum differt a rationibus anni 583.) scribit, testimonio Hieronymi in Chronico Eusebii fultus; atque pag. 38 sq. veterum quorundam auctorum de scribendi genere Accii iudicia profert. Seni Pacuvio Attius multo iunior, quem proficiscens in Asiam Tarentum venisset, et diuertisset ad illum, tragœdiam suam, cui Atreus nomen erat, desideranti legit. Quid de ea iudicarit Pacuvius, et modeste beneque Attius responderit, *A. Gellius* XIII. cap. 2. ex antiquioribus, qui de utroque historiam scripsérunt, narravit. Vberius de Attio, eius aetate, (comparata et examinata Ciceronis narratione in Bruto cap. 18. præcipue cap. 28.) ingenio scriptisque disserit *Mazzuchelli* in *Scritori d'Italia*, vol. I. part. I. pag. 54—58. Accium venisse Pisaurenum, ibique mortuum esse, contra Baelium arbitratur; contra Bailletum autem monet in nota 19, poetam vita defunctum esse circ. a. v. c. 650. Adde *Cicer.* Brut. cap. 18. sect. 9. et cap. 64. sect. 6. ibique Wetzel. not. p. 158. in quo posteriore loco intelligenda esse *diadascalica Attii*, scripta ad exemplum Eratosthenis et Callimachi Διδασκαλίων, cl. Schneider in epistola critica, ed. Wetzel. præmissa, scite monet explicatque, pag. XLI. et pag. XLV. de T. Accio. — Fabricii B. L. T. III. p 255 sq.

*De Lucio Calphurnio Pisone*, qui a frugalitate, *Frugi*, et a censoris iniunere, *Censorius*

*sorius cognominatus est, quae in Introd. I. pag. 268 sqq. scripsi; iis adde: De MS. Calpurnii Pisonis de continentia veterum poetrarum, quod olim fuerat in bibl. S. Victoris Parisina, et notum factum per Merulam in huius praefat. ad Ennium, ac per Gisbert. Cuperum in huius epistolis, Amsterd. 1743.*  
*4. vid. Intelligenzblatt der Ien. allgem. Literat. Zeit. nr. 44. pag. 349. a. 1790.*

*De Scaeulis et aliis Iureconsultis rom. antiquioribus v. Bachii hist. iurisprud. rom. ibique cit. V. D. p. 239. ed. Stockmanni. et ego differui in Introd. I. pag. 269 sqq. Ab illis Scaeulis diuersus est recentior Ictus Q. Ceruidius Scaeula, de quo egit Westenberg. in diss. de iurisprudentia Q. Cerbidii (rectius Ceruidii) Scaeulæ, in eius Opusculorum academicorum triadæ — ed. a Ios. Lud. Piuttmann, Lipsiae 1795. m. 8. nr. 3. Ille autem Scaeula Ceruidius, in Pandectis fatis nobilis, multo serius vixit, eiusque imprimitis consilio in legibus edendis M. Antoninus usus est. Multa quoque de illo disputauit Frant. Balduinus in disputatt. binis de iure ciuili ex Papiniano, recus, cum Balduini commentariis ad leges de iure ciuili, Voconiam, Falciatam etc. cum praefat. Hier. Gundlingii. Halle 1730. 8. pag. 198 — 200. et saepius. — De Q. Mucio Scaeula et aliis Ictis antiquior. v. quoque Iageimann. l. c. I. pag. 288 sqq. — De Scaeula v. quoque Georg. Schubart. de fatis*

fatis iurisprudentiae romanae, exercit. II. cap. V. §. 55 et 56. pag. 172 sqq. pag. 225 et 263. ed. Christiani Godofr. Tilling. Lipsiac 1797. 8. aliosque de Scaeualis libr. quos laudat *Saxius Onom.* liter. I. pag. 139. 141 et 142 sq.

*Ad pag. 98. nr. 1.*

Tanq. *Faber* in epistolarum libro II. ep. X. pag. 20 sqq. ed. II. actatein Terentii ita constituit, ut annum nativitatis adsereret a. v. c. DLX. (sed error typographicus est, et vel scribendum DLI. quod Terentius novem annis natus est ante mortem Plauti, quem *Faber* a. v. c. DLIX. obiisse diem scribit: vel potius scribendum erat, Plautum esse mortuum a. DLXIX. quo facto a. Terentii nati incidit in a. v. c. DLXI.) Tum notas vitae Terentii, scriptae a Suetonio, adspersit; denique quod vulgo dicitur de Terentio, eum sequutum fuisse currum Scipionis pileato capite, fabulam esse docet.

*Ad pag. 99. nr. 5.*

Ego habeo codicem membranac. antiquum in 4. eleganter scriptum, paucis hisque haud adeo difficilibus lectu intellectuque compendiis litterarum vocumque exhibitis. Versus, vti in primis editionibus, non sunt distincti. Glossae, quae inter lineas scriptae sunt nec illepidae, faciunt ad sensum verborum et orationis. In margine autem sunt

H 2 - scho-

scholia modo longiora, modo breviora, a vulgatis diversa, in quibus vel fabulae et actionis ordo declaratur vel res verbaque explicantur. Sed fabula, *Phormio*, deest. Omnibus vero, excepta fabula, *Ennuchus inscripta*, praemittitur Sulpicii Apollinaris periocha; sed lectio et petiocharum et textus ipsius ab exemplo Westerhouiano haud raro, quantum ex collatione quorumdam locorum cognoui, modo bene, modo male discedit. Fini singularum comoediarum adscriptum est: *Calliopius recensni*. Quis autem hic fuerit, iure quaeritur. Grammaticum hunc, aut (vti in quibusdam dicitur codicibus) scholasticum, non fuisse, (uti Euphradius, medii aevi grammaticus, est opinatus,) recitatorem τὸν πλαῦδιτον, ex eo intelligi potest, quod, uti Westerhou. ad Terentii Andriam V. 6. vers. 17. p. 218 sq. bene monuit, nec egit comoediam, nec modos fecit; sed critici munere functus codices antiquos recensuit. *Lindenbr.* ad loc. Andr. cit. intelligit quemdam criticum, Calliopium, qui nomen suum, siue verum fictumue hoc sit, fabulis Terentii, a se recensitis, more aliorum adscriptisset. Atque *Barthius*, Aduersar. VI. 20. fecit eum vero nomine *Alcuinum* magistrum, Carolo M. familiarem, ob philologiae et poeseos studium Calliopium dictum, quod quasi ab ipsa Callope formatus videretur. A qua sententia parum aut nihil abest. *Mehus* in scripto quodam

dam Coluccii Salutati de *fato et fortuna*.  
 Is enim quoque intelligit *Alcuinum*, monachum Anglo-Saxonem, *Calliopium aut Calliopicum*, quo quidem voc. illo tempore *poeta*, denotabatur, dictum, v. Osservazioni letterarie p. anno 1794. part. I. Florent 1794.

Bibliotheca acad. *Erlangens*. habet *quatuor* codd. msst. vnum antiquum venustumque membranac. bonae notae, versibus distinctis in min. 4. et tres chartaceos recentioris aetatis, quorum vnum sub incunabula artis typographicae exaratus esse videtur. *Quatuor* autem illi codd. habent initio elogium illud, in antiquioribus etiam editis libris repetitum: *Natus in excelsis tecis etc.*

*Donati* commentarios ad nostram aetatem haud integros, et interpolatos peruenisse, patet ex collatione msstorium codicum et multis adnotationibus ad *Donati* commentar. *Westerhouianis*: adde *Erasmi*, *Nannii* et *Tan. Fabri* iudicia in praef. *Westerhouii* ad maiorem edit. fol. XX. qui probat *Erasmi* sententiam, esse scholia ex *Donati*, *Asperi* et *Cornuti* commentariis decerpta. *Iomus* quoque *Parrhasius* in libro de rebus per epistolam quæsitis, pag. 124 sqq. ed. H. Stephani 1567. 8. *Donati* in *Terentium* commentarios in dubium reuocat. A *Donato* quidem compositas esse editasque expositiones, et inscriptioni credit et eius auditori *Hieronymo*;

sed ex his, quae confuse circumferuntur, affirmare non audet, quod Donati sint propriae: e contrario plures aut minimum duas esse in unam collatas, exemplis demonstrat; aliaque plura in hanc dicit sententiam. „Quod vero, (ut ait pag. 122.) Aemilius Asper, Valerius Probus, Martius Salutaris, Flavius Caper et Helenius Acro ante Donatum commentarios in Terentium ediderunt, a Donato autem varias opiniones esse adlatas, teste Hieronymo:“ tandem „commentaria, pag. 126. sit, quae circumferuntur in Terentium, suis auctoribus reddere, nemo posset, nisi vetera nactus exemplaria: quum vulgata ex uno corrupto confusoque manauerint omnia.“ Quia Helenium laudat Aelius Donatus in Eunucio Terentii, Parrhasius ibid. pag. 15. in nota 1 colligit: Aelium Donatum Charisio posteriorem, vel aequalem certe fuisse, quod Aruntii Celsi, Flavii Capri, Helenii Acronis in Terentium commentaria citet; Donati nusquam meminerit, non utique facturus, si prius edidisset. — *Helenium Acronem* commentarios Adelphis Terentii non indiligentes adtulisse, testatur *Sopater Charisius* cap. de adverbio, teste *G. I. Vossio* in Lexico etymol. voc. *sedulus* pag. 462. ubi locis a Vossio citatis addendus est *Donatus* ad Terent. Adelph. I. p. 25. *sedulus*, *secus a dolo*, i. e. *fine dolo et impensis*: sed forsan illa obseruatio a recentiore quodam grammatico adsuta est Donati

nati commentariis. Adde *Fabr.* B. L. I. pag. 49 sq. de veteribus Terentii interpretibus.

*Ibid. circa fin. de edit. Mediolan.* Ita scriptum est in catal. *Comitis de Rewiczky*. „*Inter eas saltem huius comici edd. quae anni indicium habent*, Mediolanensis apud Zarotum 1470. pro prima est habenda.“ conf. de illa edit. *Saxium* in hist. litterar. typogr. Mediolanensi, pag. 559. *Affò* in Saggio di Memorie su la Tipografia Parmense del sec. XV. Parinae 1791. 4. pag. IX. sq. vbi ~~sunt~~ultus est de Zaroto, Parmensi, ac *Panzer* V. C. A. T. II. pag. 11. qui *ibid.* pag. 97. etiam ex *Saxio* pag. 613. memorat editionem *Mediolanensem* in 4. sine anni nota, impress. per Magistros *Leonardum et Odolricum, socios*. At tamen alia editio vel antiquior vel suppar esse videtur. Editionem quidem *Argentoratensem* in fol. sine anni nota aliisque signis typographicis, charactere autem gothico mai. quo *Virgilium* impressit *Mentelius*, ex *Laire* ind. I. pag. 51. paullo vberius memorauit *Panzer* l. c. I. pag. 74. Sed eam vel 1469 vel saltem 1470 prelo exiisse, ex narratione in cl. *Meuselii Histor. litterar. bibliograph. Magazin*, part. VII. et VIII. Chemnitz 1794. 8. patet. Namque Seemiller reperit in bibl. quadam Donauwoerdensi exemplar *Valerii Maximi*, cui additum est exemplar *Terentii*, utrumque tamen typis Io. *Mentelini*, typographi Argentoratensis.

Voluminis autem illius primus possessor, Sigism. Meysterlin hanc notam adscripsit: *Anno dñi MCCCCCLXX tempore nundinorum in Nölingen* (an Noerdingen?) *emi ego fr. Sigismund. Meysterlin Terentii opus pro i. flor. Rh. Valerii vero Maximi missum fuit in nomine propine a famoso eiusdem impressore dño Adolfo de Ingwilen, cuius tam faciem nunquam videram.* Hic vero typographus fuit *Adolphus Ruschius*, a patria *Ingweiler, de Ingwilen, s. Ingwilanus* dictus, gener, atque adeo iam a. 1470. socius Mentelini. In *Dictionnaire bibliographique des livres rares etc.* tom. III. Paris 1790. m. 8. pag. 86. dubia aliis editio a. 1490. sine loco pro certa, saltem sine ylla suspicione et dubitatione habetur, et additor: „Vend 499 liv. à la vente de M. M. Perau et Mansart en 1722.

*Mediolani* saec. XV, aliquoties Terentii comoediae sunt euulgatae, a. 1474. fol. charactere rotundo, ut videtur, Christoph. Valdarferi. (v. catal. bibl. com. de la Valliere, tom. II. pag. 117. vbi aliae quoque edd. et antiquiores et recentiores memorantur, in his ed. sine ylla loci et anni nota, in 4, quam Bure circa 1475. prodiisse suspicatur.) a. 1476. fol. typis Ant. Zaroti. — *Eod. anno*, eiusdemque Zar. typis, *Donati* commen-  
tar. in Ter. comoedias. — *Ter.* a. 1477. et  
1481. typis Zaroti fol. — 1491 et 1496. cum  
com-

commentar. Ael. Donati. fol. per Vlderic. Zinzenzeller.

Pag. 101. lin. 17. corrigere *Vicentias* loco *Vicentii*: sed aliam edit. *Panzer*. III. pag. 508. ex aliis auctoribus memorat, quae caret Calphurnii comment. atque in Diction. bibliogr. I. c. pag. 86 sq. quoque sic indicatur: „*Ter. com.* opus impressum in Sancto Vrso, Vincentiae districtu per *Johann. de Rheino*, die ultima Aprilis a. 1475. fol. Edition encore assez rare, dont on connoit peu d'exemplaires.“ Num igitur *Vicentin.* edit. illius anni per Herm. Leulapidem existet, praestare non ausim, — *Ter. cum comment. Donati et Calphurnii* sine vlla nota, (circ. 1475.) fol. in Pinelli cat. II. p. 377.

*Terentium* circa a. 1478. in monasterio Sortensi, (*Schüssenried* in Suevia,) excusum memorat censor in noua universalib. germ. Kilon. vol. XIX. part. II. fasc. VIII. a. 1795. pag. 508.

*Commentarius Aelii Donati* siue textu Terentii, fol. typis splendidis sine titulo et vlla alia nota ac signatura, nisi vt in calce legantur versos Raphaels Zouenzonii Tergestini ad Vindelinum Spirensim:

*Qui cupit obstrusam frugem gustasse Terentii  
Donatum quaerat noscere grammaticum.  
Quem Vindelinus signis impressit ahenis,  
Vir bonus: et claro preditus ingenio.*

Exemplum est in biblioth. publ. Erlangeri.  
*Panzer* A. T. III. pag. 67. nr. 13. videtur  
 circa 1470. excusus liber. Textus, quidem  
 comoediarum VI. ex emendatione *Raphael.*  
*Zouenzonii*: impressit, vt in calce dicitur,  
*Johan. Agrippine Colonie decus*, prodiit Ve-  
 net. 1471. fol. v. *Mittarell.* in appendice  
 libr. XV. saec. ad catal. codd. bibl. S. Mi-  
 chael. Venet. col. 441 sq. et *Pinelli* cat. II.  
 pag. 377.

Editores Bipontini in indice editionum  
 numerant XX editiones saec. XV. *Venetas.*  
 Contra cl. *Panzer* in A. T. vol. III. inter li-  
 bros, Venetiis e prelo exeuntes, enumerat circ.  
 XXVIII. Terentii editiones. Quare earum,  
 quae in indice Bipontino desunt, editionum  
 praeter eas, quarum iam facta est mentio, no-  
 titiam hic e Panzeri opere tantum dabo. —  
 Ex recensione *Antonii Moreti*, sine a. nota,  
 4. mai. (v. notit. breuior, meam pag. 101.  
 et *Panzer* III. p. 497. n. 2805.) — sine a.  
 et loci nota in 4. sed eodem charactere, quo  
*Aufonius*, Venetiis 1472, prodiit, (*Panz.* III.  
 499. nr. 2826.) — ex emendatione *Raphae-*  
*lis Regii*. 1473. fol. (*Panzer.* III. 99. nr.  
 135.) — cum interpretat. Ael. Donati, Ve-  
 net. 1479. fol. in calce: Impressum Venet.  
 per Nic. Girardengum, recognitumque per  
*Mag. Franc. Dianam a. M. CCCC. LXXVIII.*  
 (v. *Rewiczky* cat. pag. 6 sq.) — Editio *Ve-*  
*neta* cum comment. Donati, 1480. fol. apud  
*Mait-*

*Maittaire.* IV. pag. 413. ac *Panzer* III. pag. 160. eadem est ac ea, quae eiusd. anni per Andr. de Asula et Barthol. de Alexandria ab eod. *Panzer* IV. pag. 434. ex Thott. catal. VII. pag. 86. citatur, — cum comm. Donati et Io. Calphurnii in Heauton. 1482. fol. — et per Baptista de Tortis. 1483. fol. — cum Donati comm. per Herm. de Lichtenstein. 1483. fol. — per Dionys. et Peregrin. Bonon. 1485. fol. — per Iac. de Paganinis, Brixiens. 1491. fol. — cum Donato et Calphurnio etc. per Bohet. Locatellum. 1492. fol. — per Simon. Beuilaq. 1495. fol. — cum Donati, Calphurnii et Iuuinalis commentar. per Sim. de Luere impensis Lazarri Soardi, 1497. F. (de qua edit. quae est quoque in bibl. Erlang. v. quae scripsi in Introd. l. cit. pag. 238 sq. et *Panzer*. III. pag. 417. nr. 2232.) — per Lazarum de Soardis. 1499. fol. (v. *Foff.* cat. bibl. Magliab. tom. II. pag. 643 sqq. qui quoque pag. 642 sq. de vtraque *Taruijana* edit. a. 1477. et an. 1481. docte et curate differit.) — Denique Venet. 1500. 4.

*Fossius* l. c. col. 637 sqq. de duabus antiquis rarisque editionibus est copiosus: quarum altera in 4. mai. caret notis typographicis: per quam occasionem agit ille de *Calliopio*, qui in breui Terentii laudatione, huic editioni addita, dicitur recitator fabularum Terentii, qui ipse eius opera et sustentatione

ac familiaritate usus fuisset. Altera editio, a. 1475. sine loci et typographi indicio est in fol. min. quae cum ob eximiam raritatem, tum, in primis ea de causa est, memorabilis, quia Politianus id exemplum Venetiis 1491 cum cod. venerandae vetustatis maioribus conscripto litteris, a Petro Bembo ipsi commodato, contulit, ut ipse Politianus manus sua notauit, et quia adnotaciones atque correctiones in toto opere Politiani autographae reperiuntur.

*Terentius* — ex libris per alios correctis, et ex variis antiquis codicibus perspectis per A. Sabinum — emendatior factus. Romae, char. lat. *Georgii Lauer*, sine a. nota et reliquis signis typogr. 4. mai. v. *Audifredi* catal. rom. edd. saec. XV. pag. 412. vbi quoque edd. *romanae* ex offic. I. Phil. de Lignamine, in 4. mai. sine anni et aliis notis, — alia, in fol. sine a. et loci nota, signaturis, numeris et custodibus, charactere rom. Guldinbeckii; — et alia per A. Sabinum ex antiquis codd. emendatior facta, circa a. 1481. per Io. Hugonis de Gengenbach, in fol. ac pag. 252, ed. Romana a. 1482. 4. memorantur. conf. quae in Introd. I. pag. 236 sq. notaui, et *Panzer* IV. p. 199. vbi praeterea citatur.

*Therencius* (sic) — cum commento donati grammatici, sine a. et l. nota. 4. — Editio *Parmensis* cum castigatt. Pomponii Laeti,

1480.

1480. fol. apocrypha est *Panzero II.* p. 354.  
nr. 24.

*Terentii comoediae. Taurini* per Io. Fabri Lingonensem. 1478. fol. — *ibid.* 1483. fol. (*Panz. III.* p. 44 et 45.) — *Paris.* sp. Io. Phil. (Creuzenach.) Alemannum. 1496. 4. — *Ibid.* industria Io. Philippi 1499. 8. — Edit. tamen *Parisina:* *Ter. com.*, a Guidone Iuuenale explanatae et a Iod. Badio Ascensio vna cum explanationibus rursum annotatae, quae in bibl. Roloff. I. pag. 67. per Nic. de Pratis a. 1483. excusa dicitur, dubia et eadem potius, quam Maittaire vol. II. pag. 192. Paris. per Nic. de Pratis, 1508. adfert, esse videtur *Panzero II.* pag. 284. nr. 89.

*Ter.* cum commentario *Guidon. Iuuenalis.* *Paris.* opera M. Georg. Wolf Badensis, pro Philippo Pigouchet et Engelberto de Marnef, librariis, Parisiis morantibus. 1493. fol. — *Lugduni* per Petr. Latomi et socios. 1493. fol. — *ibid.* per Io. de Vingle. 1497. 4.

*Ter.* cum comin. Donati, Guid. Iuuenalis et Io. Calphurnii, Londini apud Rich. Pynson. 1497. 8. v. *Panz. I.* pag. 508. nr. 9. et Brüggemann View of the English editions etc. pag. 460 sq.

*Ad pag. 102. lin. 9.*

Post voc. *elogium*, adde: cum directorio voc. glossa interlineari et comment. Donati, Gui-

Guidonis et Ascensii, lepidisque seu potius  
ridiculis figg. ligno incisis. Angentor. 1496.  
(est in bibl. publ. Erlang.) — recusa est ibid.  
putidis litteris, et cum nouis modo melius,  
modo peius mutatis figuris, in quibus Cal-  
lioplus tamquam recitator comparet; item  
cum epistola Iac. Locheri ad Grüninger,  
omisso tamen elogio: in calce vero legitur:  
„Impressum in imperiali ac libera vrbe *Argen-*  
*tina* per Io. Grüninger. Ad illam for-  
mam vt intuenti iucundior, atque intellectu  
facilior esset per Ioan. Curtum ex Eberspach  
redactum. anno 1499. tertio ydus Febr.“  
fol. (est quoque in biblioth. Erlang.) — rec.  
ibid. 1503. — Tum *lin.* 12 et 13. dele verba  
*Argentor.* — — 1499. fol.

Ad hoc saeculum XV. est quoque refe-  
renda interpretatio Terentii siue variarum  
formularum loquendi comicarum cum bel-  
gica versione: *Vulgaria quaedam abs Ther-*  
*entio in theutonicam linguam traducta*, Ant-  
werp. per Gerhard Leeu 1487. 4. — ibid.  
1488. 4. — Dauentriae 1489. 1490. 1495  
et 1499. 4. De his vid. *Panzer*. I. pag. 8.  
p. 358. p. 363 et 366. vol. IV. p. 218 et  
286. ac quae scripsi in *Introd.* I. pag. 239.  
not. quibus addes: *Vulgaria Therentii in*  
*anglicanam linguam traducta*. Londoniis im-  
pressa — per me Gulielm. Faques Norman-  
num. 4. f. a. sub init. saec. XVI. teste Brüg-  
gem.

gem. pag. 465, ex *Herberts* typogr. antiq.  
vol. I. pag. 310.

*Ad pag. 102. de secunda editionum aetate*, quae etiam ferax fuit editionum, sed cunctas, saepe tantum meras aliorum exemplarium repetitiones, enumerare, nec iuuat nec licet. Quare praeter eas, quae in Introduct. I. pag. 240 sqq. et in notitia breuiore iam commemoratae sunt, paucarum adhuc mentionem faciam.

Bipontini editores memorant edd. quoque *Parifinas* cum notis Iod. Badii Ascensii 1504. 4. — 1508, per Nic. de Pratis. fol. \*) — 1509. 4. — 1511. 4. (conf. Introd. I. p. 239.) — cum coimm. Ascensii, Londini et Paris. 1504. fol. v. *Brüggemann* l. c. pag. 461. — *Ter. com. a Guidone Iuuenale* familiariter explanatae, cum *Ascensi* praenotamentis suis in locis adhibitis, castigatae nunc tandem et sibi restitutae iuxta Politiani philolog. correctionem *Antoniique Nebriss.* recognitionem etc. Caesaraugustae 1524. 4. cum praef. *Georg. Coci.* v. Specimen biblioth. Hispano-Maiorianaæ — ex museo Dau. Clementis, pag. 28 sq.

*Ad*

\*) In catal. *Schwarz*. part. II. p. 265, in 4. et pag. 286 sq. in fol. notantur *P. Ter. aphri Comedie a Guidone Iuuenale explanata et annotatt. Badii Ascensii. impressit Io. Cein. 1508.*

*Ad pag. 103. lin. 2.*

Edit. Iuntina a. 1505. inscripta est:

„Terentianae comoediae in sua metra iterum restitutae et recognitae quam accuratissimam iis insuper, quae de comoedia et metris comicis pressius diti possunt.“

In prima auersa pagina legitur: *Petri Bargetani* ad Terentium pro sua recognitione Endecasyllabon. Tum sequitur *Benedicti Philologi, Florentini*, praefatio super P. Terentii coenoediis, in qua et labore suum atque diligentiam in recognoscendis et in metra legitima restituendis Terentii fabulis positam ipse praedicat, et Angelum Politianum laudat, qui primus hæc Terentii fabulas emendare in suosque numeros aptissime referre adgressus sit, collatis ac perfectis veteris exemplaribus. v. *Bandini* (qui præfationem Benedicti Philologi recudendam curauit,) in annal. Iuntinarum typographiae, part. II. pag. 17 sqq. — Recusa est illa edit. ibid. 1509. 8. et a. 1517. 8. v. *Bandin.* l. cit. pag. 31 et 115. — Terentius, non distinctis versibus, Lugduni 1513. 4.

*Ter.* editionem, quam *Philippus Melas*, sive *Melanchthon* Brettanus, Tubingae 1516. 4. curauerat, memoratur a *Freytag*. in gnalectis litterariis pag. 945.

*Argentorati* intra a. 1511—1530 sexies editae sunt. *Terentii* com. teste *Panzero* in

A. T.

A. T. vol. VI. n. 2. 1511. per Mart. Flach,  
impensis Io. Knoblouch, cum adnotatt. Petri  
Marsi et Pauli Malleoli in singulas scenas. —  
rec. 1514. 4. — *Ter.* in sua metra restitu-  
tus cum elucubrationibus Petri Marsi et ad-  
notatt. margin. Pauli Malleoli, 1516. 4. per  
Io. Knoblouch. — a. 1516. 4. per Matthiam  
Schurerium. — cum libello L. Victoris Fausti  
de comoedia, a. 1523. 8. per Ioann. Knob-  
louch. — In Andriam Terentii epigr. ad lec-  
torem. Auctor est *Io. Riccius*, Athendo-  
riens. editor vero Matthias Dauerhusius, qui  
praefatus est ad lectorem. ap. Wolfg. Cepha-  
leum. 1529. 8. (vid. Hirschii Millenarium  
quartum pag. 48. nr. 610.) — Denique *C.*  
*Cornelii Graphei* ex Terentiae comoediis la-  
tinissimae colloquiorum formulae. Egenol-  
phus excud. 1530. 8.

Aldinae aut Iuntinae edit. repetitio est  
*Moguntina*, in fine: Petri Bargetani ad Te-  
rent. pro sua recognitione Hendecasyllabon;  
tum Bened. Philologi praef. super Terentii  
comoediis et L. Victoris Fausti de comoedia  
libellus: apud *Io. Scheffer*, mense Martio a.  
M. D. XX. (1520. 8.) Hic quidem annus  
designatur in calce exempli, quod est in bibli.  
publ. Erlang. Ripontini, nescio quo iure?  
referunt illam ed. ad an. 1521.

*Ad pag. 103. de tertia aetate.*

Erasiniana editio sic est inscripta:

Habes hic amico lector P. Terentii comoedias, una cum scholiis ex Donati, Asperi et Cornuti commentariis decerptis, multo quam antehac unquam prodierunt emendatores, nisi quod in ἑαυτὸν τιμωρεύμενον scripsit vir upprime doctus, Io. Calphurnius Brixianus, licet recentior. Indicata sunt diligentius carminum genera, et in his incidentes difficultates, correctionia quaedam et consulum nomina, idque studio et opera Des. Erasmi Rotterodami, non sine praefidio veterum exemplariorum (sic). Ad haec acc. index accuratus voc. a commentatoribus declaratarum. Basileae in offic. Frobeniana a. M.D.XXXII. (1532.) fol. Indicem excipiunt argumenta Philippi Melanchthonis in P. Ter. comoedias. Meo exemplo sunt a duabus diuersis manibus comoediis plurimis obseruationes verbiores nec inceptae, maximam vero partem grammaticaq; adscriptae.

*Ibid. lin. 12. illius aetatis.*

*Brylingerum corrige Brylingium, ex eius officina Ter. quoque prodiit an. 1559. teste cl. Seybold in progr. cit. pag. 1.*

*Ter. cum scholiis ex Donato, Aspero et Cornuto decerptis et annotatt. Joan. Rini. Brixiae 1536. 4.*

*Ibid. sub fin. voc. Argentor. add. a. 1548.*

*Editionis Tigurinae, a Bipontinis breuius indicatae, haec est inscriptio:*

*P. Ter.*

*P. Ter. Afri Fabulae*, editionis postremae et longe emendatissimae. *Iodoci Willichii* Resellani in easdem commentaria, quibus per singulas scenas ratio inventionis, dispositionis et eloquutionis, cum quorumdam locorum obscuriorum explanatione ostenditur. Indicantur et theses ethicae paucim. His accedunt *Petri Menenii*, Lugdunensis, libellus de fabularum origine et differentia, de ludorum ac tibiarum generibus. *M. Anton. Maretii* in sex Terentii comoedias annotationum liber. Index. — Tiguri apud Andr. Gesner. et Iac. Gesnerum fratres, sine a. nota. 8. *Willichii* epistola nuncupatoria scripta est a. 1550. — Cum comment. *Willichii*. Colon. 1555. 8.

*Ter.* — *comoediae omnes*, cum comm. *Donati*, *Guidonis*, *Iuuenalis*, *Petri Marfi* in omnes fabulas, *Io. Calphurnii* Brixdensis in Heautontim. Acc. *Ant. Goueani* epistola de castigatione harum comoediarum. Eiusdem de versibus Terentianis — ac quaedam annotatt. *Barthol. Latomii* — argumenta — —. *Petri Senensis* castigationes. — *Henr. Loriti* in carmina Terentii — iudicium. His item addidimus cuiusque scenae terma argumen- ta — . Metris in suum ordinem recte re- stitutis; ac variis lectionibus in margine ap- positis. — *Venetii* ap. *Io. Mariam Bonellum* 1563. fol. Longiorem titulum editionis hu-

ius oppido ratae dedit *Freitag* in *Anal.* liter. pag. 945 sq.

*Ad pag. 104. de quarta aetate.*

Omissis multis cum a me enumeratis edd. in *Introd.* pag. 248 sq. tum in primis a Fabricio et ab editoribus Bipoutiniis, memorabo tantum paucas adhuc huius aetatis editiones, *Cantabrigias*, ex officina Io. Legatt. 1589. 24. — Londini, typis Roberti Robinson, 1592. 4. — ib. ex off. Rob. Robins. 1597. In fine. Londini, excud. Robertus Dexter. 1597. 12. v. Brüggemann l. c. pag. 461. — *Ter.* cum notis *M. Ant. Mureti*, annotatt. auctis a Fabricio Marcodurano, nec non variis lect. studio et labore Theod. Pulmanni Antwerp. ap. Plantin. 1565. 16. Correcta et elegans edit. — *Ter.* a *M. Ant. Mureto*, Venet. Ald. 1575. 8. — a Frid. Fabricio. Antwerp. ap. Plantin. 1583. 16. — a Mureto emendatus. Antwerp. ap. Plantin. 1591. 8. Haec editio ab *Engelio* in bibl. selectissima pag. 155. rarioribus libris adnumeratur.

*Ibid. de aetate quinta.*

Inter Heinianas èdd. in primis laudanda est ed. genuina, *Lugd. Bat.* ap. Elzeuir. 1635. 12. de qua Com. Keviczky in *Catal.* pag. 7 ea, quae sequuntur, memoratu digna adnotauit: „Cette édition est devenue actuellement une des plus rare de la Collection des Elzevirs.

virs. Elle a été contrefaite sous la même date, et pour n' être pas trompé, il faut vérifier si la page qui devroit être marquée 104 pour 108, car cette faute d'impression denote la bonne édition. Il faut de plus que les noms des personnages soient en lettres rouges, au commencement de chaque pièce. L'édition dont on fait le plus de cas après celle-ci, a été donnée par les mêmes Elzevirs, et est la suivante: *Terentius. Amstel. Elzev. 1661. 12.* Idem fere animadvertisit in Diction. bibliograph. l. m. pag. 88. sed loco a. 1635. designatur a. 1634.

*Ad pag. 105. fin. 12. insere:*

*Ter. Paris. ex typogr. regia (typis majoribus,) 1642. fol.* In Dict. bibl. l. c. additur nota: „On joint à ce volume, les autres Auteurs, qui ont été parallèlement imprimés au Louvre, *Virgile, Horace et Juvenal*. Cette Collection forme alors quatre volumes in folio, qui sont assez estimés, quand ils sont rassemblés, 40 à 50. liv.“

*Ad pag. 105. fin. 24.*

Edit. *Londin.* rec. est *Londini 1667. 12.*

*Ibid. fin. 27.*

*Ter. com.* — interpretatione et notis illustravit *Nic. Caius;* in usum Delphini. *Paris. ap. Fred. Leonard. 1675. 4<sup>e</sup> mai.* — res pet. quibusdam Cami nugis rescissis, *Londini*

1688. 1700. 1709. 1720. 1723. 1731.  
1739. 1740. 1749. 1769. 1776. 8. testis  
Brüggemann L. c. pag. 462.

*Ad pag. 106. lin. 9.*

*Lengii* editio in minore forma recusa est  
Londini 1701 et 1713. quae posterior opti-  
ma iudicatur ab Harwoodio.

*Ter.* ex rec. Heinßiana. Dublini 1709.  
8. — Edinburgi, 1731. 12. — cura *Mich. Maittaire*, cum indice *Mart. Hugenii*, Lon-  
dini, impensis Iac. Tonson et Iq. Watts.  
1713. 1715. 1729. 1762. 12. — Inter  
opera et fragmenta poetarum latinorum  
*Mich. Maittaire*, Londini 1713. fol. vol. I.  
pag. 225.

*Ibid. lin. 20.*

*Hars* (cuius priorem editionem in ma-  
nibus habeo,) in epistola auncupatoria per-  
sequitur virtutes comoediarum, sive qua-  
tuor, quibus omnis scenica poesis constat,  
partes, nempe fabulae constitutionem, mo-  
res, sententias et dictionein, atque ostendit,  
Terentium in iis omnibus summas laudes  
merito reportasse, et in plurimis superiorein  
esse Plauto. In praefatione autem de me-  
tris scenicis, ad Terentianarum fabularum in-  
telligentiam pariter atque emendationem sci-  
tu necessariis, acute disserit, et peculiarem  
de illarum forma, varietate ac pronuncia-  
tione subjicit *commentationem*. Hinc frē.  
quæ-

quenter mōtsuit textum. Vide, quae adno-  
tuī in Introd. I. pag. 253 sq.

*Ibid. sub finem.*

*Bentleiana* editio altera, repetita est et  
denuo recensita, cum indice amplissimo tam  
in textum, quam in notas, Lipsiae, sumtu  
Schwickerti 1791. 8. *Bentleii* rationem  
emendandi post Reitzium commendat et de-  
fendit *Boettiger*. v. infra ad sect. 6. notata,

*Ter. com.* Access. emendationes omnes  
*Bentleianae*. Dublin. 1737. 8. — *Eunuchus*  
*Terentii* cum notis ad difficiliores quosque  
locos. Londini 1730. 8. Haec editio valde  
laudatur. v. *Bruggem.* pag. 463. — *Phor-*  
*mio*, Romae 1737. 8. m.

*Ad pag. 107. lin. 24.*

Editio *Spencii* illa, cuius notitiam dede-  
ram ex indice editionum a Bipontinis edito-  
ribus contexto, non memoratur a Brügge-  
manno, qui quidem *Spencerianae* editionis  
hanc pag. 463. retulit inscriptionem:

*P. Ter. Afri com.* ad optimorum exem-  
plarium editorum fidem recensitae. Ad Co-  
micos facilius intelligendos praemittuntur  
prolegomena ex optimis auctoribus collecta,  
vna cum iconibus aeneis, quarum una est,  
romani theatri et amphitheatri, altera luctae  
vel pancratii apud Graecos delineatio. His  
subiunguntur quaedam de comoedia, eius  
metris et musica e Iuuentio, Westerhouio et

clariss. viris Haro et Bentleio. Acc. litteris italicis notata imitatio Plauti. *Opera et cura Richardi Spencer.* Londini, ap. Richardson. 1734. 8. — rec. Londini 1764. 8.

*Ad pag. 107, lin. vlt.*

In edit. ab *Hawkey* curata, quae pulcra et correcta esse dicitur, variae lect. notabiliores ad calcem libri pag. 278 — 286, sunt adiectae.

*Ter. com.* ad fidem optimarum edit. expressae, Edinburgi, apud Hamilton Balfour et Neil. 1758. 8.

Editores ut plurimum sequuti sunt fidem editionis Westerhouianaee, Bentleii tamen lectionibus interdum receptis.

*Ter. com. tres* (Adelphi, Eunuchus et Andria,) in usum scholæ Etonensis, Londini 1768. 8. Exc. H. Hughes. Bipontinorum exemplarium eiusdem a. 1779 duplex editio facta aut faltem ab initio aucta esse videtur. Nam alia exempla post titulum libri habent fol. cum effigie imperatricis Rassor, et dedicat, alia carent illa. In prioris generis ex, constant prolegg. XLIV, pagg. in post. gen, ex. autem XXXVI, pagg. etc.

*Ad pag. 108. lin. 4.*

Edit. *Paris.* inscripta est: *Ter. com.* VI. ad optimorum exemplarium fidem recensitae. Access. variae lect. e libris msstis et erudi-

eruditorum commentar. de promtse. tom. I. II.  
Latet. Paris. apud Natalem le Loup et Iac.  
Merigos. 1753.

*Ad pag. 109. lin. 17. add.*

P. Ter. comp. recensuit, perpetuamque  
adnotationem et latinitatis indicem adiecit M.  
*Beniam. Frid. Schmieder*, Gymn. Halens. Lu-  
ther. Rector. Halae 1794. 8. V. D. in tex-  
tu constituendo modo discedit a Bentleio,  
Westerhouio aliisque; modo huius illiusque  
V. D. aut codd. rescripsit lectionem. Pau-  
cis vero declarat suam sententiam; seque  
breuiter explicat sensum verborum. Vberio-  
ribus enim animaduersionibus et philologicis  
et aestheticis illustrarat singulas, quas separa-  
tim antea ediderat, comoedias, germanice  
versas, Halae ab a. 1790 — 1793. Primus  
autem tomus est inscriptus: *Das Mädchen  
von Andros. Ein Lustspiel des Torenz, wel-  
ches metrisch vertont ist und mit philologischen  
und moralischen Anmerkungen begleitet*  
hat M. B. F. Schmieder. Halae 1790. med.  
8. — Et parem reliqui tomi habent inscrip-  
tionem, nomine tantum fabulae mutato. conf.  
tamen nouas ephem. Lips. a. 1790. nr. 23.  
pag. 181 sqq. — nr. 69. pag. 547. — a.  
1793. nr. 63, pag. 506 sqq. etc. et nouam  
bibl. vniuersal. German. Kilon. vol. XI. part. I.  
fasc. II. pag. 109 sqq. a. 1794. — Idem V.  
D. iam 1789. 8. promulgidem quasi adpo-

stet in proge. *Ein Versuch, den Terenz so zu übersetzen, daß er Terenz bleibt.* Halae Sax. in quo metricam dedit versionem Adelph. Act. I. sc. I. et Heaut. Act. I. sc. II. cum obss. grammaticis et quibusdam criticis.

*Pars Campianæ classicorum latindrum encyclopaediae ea, quae longiora excerpta ex fabb. Andria, Adelphis, Phormione et Eunucio, exhibet, iis quae sanctitati puerorum nocitura viderentur, rescisis, cura Jo. Henr. Aug. Schulze, Rect. Osterod. prodit:*

*Ausgesuchte Beispiele aus dem Terenz zum Gebrauche auf Schulen, zweckmäßig abgekürzt von J. H. A. Schulze, pars I. quae textum, versibus non distinctis; pars II. quae Schulzii et Heusingeri adnotat. continet. Brunsvici 1790. 8.*

*Ausgewählte Stücke aus den dramatischen Dichtern der Römer, dem Plautus, Terenz, Seneca und andern, zum öffentlichen Gebrauch der oberu. Classen deutscher Gymnasien, von D. Ch. D. Kölz, Rect. des Gymnas. zu Detmold. Nebst einer Abhandlung über das Theaterwesen der Griechen und Römer. Stendal 1794. 8. cum tab. seneis. Praeter fragmenta quaedam. Ennii, Pacuvii, Caecili, Attique insuet Plauti Captiui, Terentii Heautontimor. et Senecas Hercules fureno. Coaf. Jen. A. L. Z. a. 1795. m. Jun. nr. 177. vbi praesertim comment. de theatro veterum*

Grae-

Græcorum et Rom. pertenetur multaque  
notatur.

Splendida et critica est editio: *P. Ter. Afri com. sex.* Ad fidem optimarum edit. recensitae. Basileae ap. Decker, (typis Dannbachianæ offic. Argentor. curante Brunckio.) 1797. mai. 4. (const. XV. thal. imperial.) Basis est ed. Bentleiana, a qua interduin male beneue discedit Brunck, ut plurimis ostendit censor in Jen. Allg. L. Z. a. 1797. m. Oct. nr. 327.

*Ad pag. 1c9. sect. 6...*

De Bembi libro de Virgilii Culice et *Terentii fabulis*, in quo multa Terentii loca e codd. emendantur, v. Mazzuchell. gli Scrittori d' Italia, vol. II, part. II. p. 766. Emedatt. Bembi reperiuntur quoque in edit. Ter. Parisi. 1552. in fol. teste eodem Mazzuch. coll. Blankenburg ia litterar. Zusätzen zu Sulzer etc. Art. Terenz. — De *Terentii com.* intelligenter fabrique disputavit Nathan Chytraeus in proge. a. 1564. scripto et rec. inter scripta in acad. Rostoch. publice proposita, ab a. 1560 — 1567. Rostoch. 1567. 8. fol. 326 sqq. — In libro diurno *Le Mercure*, m. Jul. a. 1696. t. 4. p. 445. est explicatio act. II, sc. I. com. Phormio inscriptæ.

Cl. Seybold tres scripsit prolusiones über den Eunuch des Terenz, Buxouill. 1786 — 1788.

Cl.

Cl. Böttigeris prolus. de personis scaenicas, vulgo *Laruis*, ad locum Terentii Phorm. I. 4, 32. Vinariae 1794. m. 4. — *Eiusdem* commentat. über das Wort *Maska* und über die Abbildungen der Masken auf alten Geminen, in *Wielandii Neuem teutsch. Merkur.* 1795. m. April. part. IV. Vocab. vero *Maska* derivat cum Salmasio ad Tertull. de pallio pag. 123. a graeco voc. *Bάσκος*, (quod contra *fascinationes* vſtarpsbatur,) β in μ inutato. v. *Salmasii* exercitatt. Plinianus pag. 923. a. E.

Idem V. D. egregium nouae editionis, quam cum cl. Doeringio curatus est, specimen, quod magnam excitat spem futuri laboris, edidit:

*P. Terentiae comediae.* Nouae editionis specimen proposuit Car. Aug. Böttiger. Lipsiae 1795. 8. Dedit vero ex Eunacho act. IV. sc. V. VII. et VII. quas notis criticis et antiquariis exegeticasque et doctis excursibus erudite illustravit, collatis graecis auctoribus, et iis praecipue excussis, quae Menandri aliqua vestigia vel particulam seruarentur. In constituendo textu sequitur Bentleium, cuius rationes in praefatione in primis probat defenditque. Bentleii quidem subtilitatem, aut, ut alii maluerunt dicere, audaciam haud pauci, in primis Burmannus in praefatione ad Phaedri fabulas et alibi, Westerhouius, (cuius operam leuem et tumultuariam fuisse indicat)

dicat Boettigerus, ) aliisque grauiter et inique  
vituperarunt atque impugnarunt. Sed *Reitzius*, Profess. quondam Lipsiens. iam vin-  
dicauit Bentleium ab ipiuria Burmanni in  
disput. *de Burmanno, Bentleii indice parum*  
*idoneo*, Lips. 1778. 4. Ita citat Boett. hunc  
libellum Reitzianum. Aliam tamen cum aliis  
anni nota prolus. Reitz. laudaui in notitia  
breu. pag. 110. Atque Boettiger. praef. pag.  
XV. „*Faerni*, sit, industria et quos ipse  
cum *Lengio* comparauerat, antiquissimorum  
codd. fide, non ingenio suo confusus plera-  
que in Terentio metro ac integritati restituit  
magnus Bentleius. Alia ad metrorum leges,  
non a cerebro eius, quod quidam garrium,  
sed ex adsidua comicorum lectione subnatas,  
seuerissime exacta ita mutauit et transposuit,  
ut qui easdem penitus calleret et bonam vi-  
tae suae partem in iis ad trutinam expen-  
dendis consumisset, *Reitzius*, oppido pauca  
reperiret, in quibus a magistro suo, sic enim  
semper adpellabat, discedendum sibi esse pu-  
taret.“ Idein ibid. pag. XVI. cum aliis anim-  
aduertit, duas esse codicum Terentianorum  
familias, earumque capita, Bembinum atque  
Cantabrigensem, e quibus, tamquam fonti-  
bus, reliquos cognitos ita fere fluxisse, ut  
vix quinquaginta lectionis varietates, quas tol-  
lere velit et ad vulnera Terentii persananda  
adhibere, aliquis sit inuenturus.

In programmate quodam, nomine ordinis iuridici Lips. 1782. 4. scripto, in animadversione I. docte agitur *de dotis distinctione*, ad Terent. Andr. V. 4. 48. — Cl. I. Christian Brissel scripsit VIII programmatum de lectione Terentii, philosopho non iadigna, Coburgi 1769 — 1778. 4. — Eiusdem progr. über den Charakter des Heautontimoruin. ibid. 1779. 4.

Nicol. Vdal collegit ex tribus prioribus Terentii comoediis *flores*, cum versione anglica et explicatione. Londini per Thom. Bethelet. 1532. 12. et saepius. Noua edit. aucta ab I. Higgins flosculis ex reliquis tribus comoediis. Londini 1581. 8. — Sentences of Terence. Lond. 1560. 8. v. Brüggemann l. c. pag. 467 sq. — Ab eodem V. D. pag. 470. memorantur:

*De modulatione comoediarum Terentii*, in: Roberti whyttoni lychfeldiensis editione, seu eiusdem secunda grammaticae parte de syllabarum quantitate, accentu, et variis metrorum generibus, nuperrime recensita, limatus polita etc. London per wynandum de worde. 1513 et 1524. 4.

Laur. Echard comparatio Terentii et Plauti, anglice scripta et praefixa eius anglicae Plautin. fabb. versioni. Londini 1694 et 1716. 12.

Petri Lagneri sylloge et compendium insignium sententiarum, apophthegmatum et simi.

*Similium ex Cicero, Terentio et Demosthe-*  
ne. Oxon. 1704. 8.

Observations on the character and writings of *Terence*, by *Edmund Burton*. — Cambridge, in illius: Ancient Characters deduced from classical Remains. 1763. 8. — M. *Gottfr. Christ. Lauter*, Rectoris Gymn. Heidelberg: reform. prolusio de fine, quem sibi proposuerit Terentius in fabula, quae inscribitur *Adelphi*. 1794. 4. — *Heumann* in *Poecile*, tom. II. libr. IV. pag. 475 — 477: quaedam loca in *Adelphis* et *Eunicho* corrigit.

In *Hurdii* commentario et notis ad Horatii epistolas ad Pisones et Augustum, angllice scriptis, (edit. V. Londini 1766. 8.) et ab *Eschenburgio* germanice versis, (Lipz. 1772. II. voll. 8.) ad Hor. A. P. vers. 270 sqq. (pag. 198 sqq. vers. germ. collata Eschenburgii nota pag. 511.) de imitatione Menandri Terentiana et vi comica, et ad v. 59. ep. ad Augustum (pag. 320 sq.) de thesi et Hecyra Terentii, atque in tom. II. comment. II. de comoedia illiusque ingenio etc. erudite disseritur. — *J. F. Roas* progr. de Terentii quibusdam locis. Giessae 1786. 4. Add. *Sulzer* allgem. Theorie der schönen Künste, voc. *Terenz*, ibique de *Blankenburg* litterar. Aufsätze, et quae ego in *Introduct.* I. pag. 261 sqq. adtuli.

Ad

---

---

---

*Ad pag. 110. circa finem.*

In alias linguas saepe translatas fuit *Terentii comoediae*. v. *Blankenb. litterar. Zusätze etc. l. c.* — Versiones siue omnium, siue singularum, comoediarum *germanicas* diligenter recenset cl. *Degen* in: *Versuch einer vollständigen Litteratur der deutschen Uebersetzungen der Römer*, sect. II. Altenburgi 1797. 8. pag. 457 — 494. Quibus pauca addam. *Andriam* vertit *Hanns Nythart*, cum commentariis germanicis et figg. ligno incisis, Vlmae per Cunr. Dinkmut. 1486. fol. v. *Schwarz*. catal. part. II. pag. 202. — Eiusdem versionem *Eunuchi*, ibid. eod. tantum memorat cl. *Panzer* in *Annal. der älteren deutschen Litteratur* pag. 164. — Editionem versionis, a *Valentino Boltzio* factae et aliquoties repetitae, a. 1567. 8. ipse habeo — *Terenz zum Lehrbuch für Schauspieldichter und Schauspieler, mit Donats Commentar übersetzt und mit eigenen Anmerkungen begleitet. Erster Band.* (das Mädchen von Andros.) Petroburgi 1782. 8. Num reliqui totni huius libri haud sfernendi prodierint, equidem nescio. — *Glycerium von Andros*, (h. e. *Andria*, melius, quam a Patzke et Neide versa,) in: *Papillons, Erzählungen, Dialogen und Gedichte; collect. II. nr. 2. Halae Saxon. 1788. 8.*

De *anglicis versionibus* copiosius egit *Brüggem.* loc. cit. pag. 465 sqq. Sunt vero

*Terens*

*Terens in Englysh*, sine l. et a. probabiliter  
Londini apud Io. Kastell circa 1520. 4. —  
*Andria etc.* s. nota a. et l. 4. — *Andria etc.*  
per *Maur. Kyffin*. Londini 1588. 4. — *Ter.*  
*omnes fabulae*, opera *Rich. Bernardi*. Canta-  
brig. 1598. 4. — *Andria et Eunuch.* per  
*Thom. Newman*. Londia. 1627. 8. — *An-*  
*dria*, lat. et anglice, per *Georg. Webbe*. Lond.  
1629. 4. — *P. Ter. com. sex lat. cum an-*  
*glica versione (et notis)*. *Caroli Hoole*, Lond.  
1670. 1676. 8. — *Ter. com.* cum eius vita  
et nonnullis obseruati. fini adiectis, per *Laur.*  
*Echard* et alios; recogn. et correctae a *D.*  
*Echard et R. L'Estrange*. Lond. 1694. 12. —  
ed. VII. ibid. 1729. 12. — *Ter.* cum notis  
criticis et exegeticis, addita dissert. de vita et  
scriptis *Terentii*, de ortu et progressu poetici  
dramatis apud Graecos et Romanos, item de  
metro comicо, cum *textu latino*, per *Thom.*  
*Cooke*. Londini 1734. 8. III. voll. 1749 et  
1755. 12. II. voll. — *Ter. com. VI.* per *Io.*  
*Stirling*. Londini 1730. 8. — *Ter.* lat. et  
anglice, recogn. *Sam. Patrick*. Londini 1745.  
8. II. voll. — rec. ibid. 1759. 8. et 1767. 8.  
II. voll. — angl. per *Gordon*. Lond. 1752.  
12. — Valde laudatur anglica *Georgii Col-*  
*man versio metrika*: Lond. 1765. 4. — cor-  
rect. cum animaduers. in *Ter. comedias in*  
*praefat.* et cum vita *Ter.* ex *Suetonio* verfa  
cum notis *D. R. Schomberg*, Lond. 1768. 8. —  
*Adelphi* cum notis. Londini 1775. 8.

De versionibus *gallicis* vide *Goujet* Biblioth. Françoise, tom. IV. Paris. 1744. 8. pag. 405 sqq. copiosus is est de edit. et pag. 445. de imitationibus Ter. in lingua gallica. Memorabiliores versiones earumque editiones sunt: *Le grant Thérence en François tant en rime qu'en prose*, apud *Ant. Verard*, cum textu lat. in fol. sine anni nota: forsan sub initium saec. XVI. et Paris. 1539. ap. *Guil. le Bret.* in fol. — In orationem prosaicam VI. com. translateae sunt ab anonymo. Paris. 1583. 8. ap. *Thom. Brumen*. — per *Jo. Bourlier*, Antwerp. 1566. 8. — per *Jac. Bourlé*. Par. 1584. (sed annus est incertus.) — per *Mich. de Marolles*, cum notis et *textu lat.* Paris. 1659. 8. II. voll. — *Andria, Adelphi et Phormio*, cum *textu lat.* et versione gallica *St. Aubin* siue, (qui idem est,) *Ladou. Is. Le Maistre de Saci*, Paris. 1647. 12. — reliquae tres com. *Eunuchus*, *Heautontim.* et *Hecyra* cum versione *Steph. Algay de Martignac* Paris. 1670. 12. — Tres priores com. *lat.* cum versione gallita notisque *Ch. Hennibert*. Cantabrig. 1726. 8. vol. I. — De versionibus autem *Dacierias* et *Monnier*. egi in Introd. I. pag. 261. — Singularum comp. versiones omittam.

In linguam *belgitam* Ter. com. sunt, quantum comperti, translateae ab *Henr. Zwaerdron*, Rectore scholæ Rotterodam. Rotterd. 1648. 12. Exemplum, quod in manibus

nibus habet, tantum continet versionem belgicam. Praeterea in catal. librorum, qui in bibliopolio Dan. Elseviri venales prostant, Amstel. 1674. 12. memorantur: *Ter. com.* cum interpretatione belgia H. O. Rotterd. 1645. 12. — cum interpr. belgica et notis *Heer. Zwaerdekroon*, ibid. 1648. 8. — cum interpr. belg. et notis Minelli, ibid. 8.

*Italicae versiones* recensentur a *Paitonio* in Bibl. degli autori volgarizzati, tom. IV. pag. 195 sqq. Memorabo tantum versiones *G. F. da Fighini*, cum comment. Venet. 1556. 4. — metrice versi, a *Nic. Fortiguerra*, Urbini 1736. 8. et in Corpore antiquorum poetar. latinor. tom. XVIII. et XX. Mediol. 1740. 4. — et cum *textu lat.* Venet. 1748. 1759. 8. — *Commedie di Terenzio*. (Andr. Eunuchus et Heautontim.) tradotte per la prima volta in verso sdrucciolo Italiano dall' Abate *Francesco Bellaviti*. Bassani 1758. 4. — *Phormio* fabula, con la Traduzione Ital. Parmae ap. Rodon. 1784. 4.

*Hispanice* versae sunt *Ter. com.* lat. secund. ed. Faerni et cum versione *Sim. Petr. Avril.* Saragossae 1577. 8. Complut. 1583. 8. Barcell. 1599. 8. v. Specimen bibl. Hispano-Maians. pag. 110 sq.

In linguam *Lusitanicam* translateae versionis haec est inscriptio: *As primeiras quatro comedias de Publio Terencio Aphricano, tradu-*

zidas do Latino em verso solto. Portuguez por *Leonel da Costa* dadas a luz com e *texto latino* em fronte por *Forge Berthrand*, mercader de livros em Lisboa. Lissabon. litteris Thaddei. part. I. 1788. — part. II. 1789. 8. Leon de Costa vixit a. 1570 — 1646. Ver. siq<sup>z</sup>, quae initio saec. XVII. facta datuerat hucusque in coenobiis, laudatur in: Neue Biblioth. der schönen Wissenschaften vol. 51. part. II. 1794. pag. 328 sq. et in Ien. A. L. Z. a. 1792. nr. 155. m. Iun. pag. 557 sqq.

*Ad pag. 111. nr. 5.*

¶ Notabilis locus est *Diomedis* in Putschii graminat. lat. auctor. antiquis, col. 482 sq.  
 „Satyra dicitur carmen apud Romanos, nunc quidein maledicuum et ad carpenda hominum vitia archaeae comoediae charactere compositum, quale scripserunt *Lucilius* (sic) et Horatius et Persius. Et (leg. sed) olim carmen, quod ex variis poematibus constabat, satyra vocabatur, quale scripserunt Pacuvius et Ennius.“ Tum varias voc. *satyræ* originationes ad fert. — De satyræ latīnae origine, natura et ratione, et forma ac diuinitate Lucilianæ scite quoque disputant Blanckenburg in litterar. Zusätzen zum Sulzer etc. voc. *Satire*, et *Manso* in Nachträgen zu Sulzers allgem. Theorie der schön. Wissenschr. sive Charakteren der vornehmsten Dichter aller Nationen, vol. IV. part. II. (Lipsiae

1796.

1796. 8.) pag. 419 — 446. add. *Io. Genberi* dissert. de Romanorum satyra. Ienae 1755. 4. — *Loca Hesautont.* prol. v. 6 sq. et *Adelph.* prol. v. 6 — 11. explicat *Lessing* in Opp. tom. 25. pag. 272 sqq. et pag. 363. quae in sermonem translata sunt lat. in *Goth. Ephr. Lessingii* Obseruatt. criticis — ex opp. eius collectis atque in ordinem redactis a. *A. Frid. Iac. Reichenbachio*, Berol. 1794. 8. pag. 301 — 309.

*Ibid. nr. 6.*

Plura *Lucilii* loca emendat explicatue aut laudat *Petr. Scriuerius* in operibus philologicis et poet. editis ab Arn. Henr. Westerhouio, edit. II. Arnhemiae 1752. 4. p. 25. 26. 27. et saepius passim.

*Ad pag. 112. nr. 4.*

De editione antiquissima, et principe, neque antea cognita; cel. *Morellius* in epistola ad me d. 11. Maii Venetiis 1793. data, haec scripsit: „Innotuit nuper *Lucretii* editio, omnium, quas nouimus, vetustissima. Ea est in folio, charactere rotundo, *Thoma Ferrando auctore*, ut in fine legitur. *Brixias* facta fuisse, ex epistolis Phalaridis aliisque libris eiusdem impressionis satis adparet. Ad annum 1473 referenda videtur, quo Ferrandus idem Brixiae statuta ciuitatis illius impressit. *Lucretii* primum editorem se *Ferrandus* prodit, dum, *Lucrecius*, ait, *unicum*.

meas in manus cum peruenisset exemplar, de eo imprimendo hesitavi, quod erat difficile unico dicto exemplo, quae librarii essent praeterita negligentia, illa corrigere. Verum ubi alterum perquisitum exemplar adinuenire non potui: hae ipsa motus difficultate, unico etiam dicto exemplari volui librum quam maxime rarum communem multis facere. — Citat tamen eamdem edit. et plura verba mem. epilogi ex Boni Lettere II. pag. LXXVIII. sq. cel. Panzer in A. T. IV. pag. 263. nr. 147. coll. pag. 255 sq.

De ed. Veron. 1486. v. quoque Freytagii adpar. litter. I. pag. 101, et Panzer A. T. III. pag. 505, nr. 14. et de Veneta 1495. 4. (quae, vti ed. Mediol. 1491. ex Veronensi deriuata est,) Panzer I. c. p. 375. nr. 1949. — *Lucr.* f. l. et a. charact. rom. fol. v. Denis. supplm. pag. 606. — Edit. Veneta 1499. 4. est suspecta Maittaire A. T. IV. pag. 688. nec meminiuit eius cl. Panzerus in A. T.

Edit. *Florentina*. (quae quidem interpolata habetur, sed, vti Naugeriana, etiam, maximam quidem partem, fluxit ex ed. Veron.) ex officina Phil. Juntae a. 1511 prodiisse, dicitur quidem in Fabricij B. L. I. pag. 79. et in notitia editionum Bipontina. Sed a. 1512. illam prelo Juntino exiisse, tradunt Maittaire in A. T. II. pag. 238. et Bandinus in annal. typogr. Juntin. II. pag. 39 sq.

vbi Petri Candidi praefat. est recens, atque part. I. pag. 75. vbi a pag. 72. eius vita breviter describitur. — *Lucr.* — Parif. ex officina Prigentii Caluarini etc. 1539. 4. — *F. Lucr.* etc. Lugduni apud her. Seb. Gryphii 1558. 12. — Edit. *Lambini* prima dicitur in *Goetzii* Memor. bibl. Dresd. I. pag. 332. prodiisse 1564. sed in *Fabr.* B. L. I. p. 80. et in *Diction. bibliogr.* — — des Livres rares etc. II. pag. 166. signatur a. 1563.

*Ad pag. 114. līn. 3.*

Oratt. ab *Arm. Ferreto* castigatae. *Lugd.* *B. Gryphius*. III. tom. 1541. 8. — or. pro *Cn. Pompeio*, *Cracou*. 1507. 4. — or. pro *A. Lic. Archia* poeta. *ibid.* per *Hier. Vietorem*. 1518. 4. — — pro *M. Marcello Quintoque Ligario*. *ibid.* ap. *Matthi. Scharffenberg*. 1528. 4. — or. pro *Milone*: cum compendio rhetorices ex *Tulliano* thesauro deductum ac concinnatum per *Iac. Locher*, et aliis Augustae impress. a *Syluano Otmar* — impensis *Erhardi Sampachii* bibliopolae. 1517. 4. v. *Panzer VI*. p. 451. 460. 471. 147. — Or. pro *Aulo Licinio poeta* — — coloribus rheto-

rheticis in margine suo loco eleganter appositis. *Vdalricus Fabri* lectoribus. In calce: Viennae Pannoniae — per Io. Singrenium. 1518. 4. v. *Denis Wiens* Buchdruckergeschichte pag. 190. — or. pro lege Manilia cum praef. Phil. Gundelii. ibid. apud eundem. 1522. 4. — or. pro T. A. Milone diligenter emendata. ibid. 1522. 4. v. *Denis l. c.* pag. 227.

*Roland Petrei* commentar. in Ciceronis orat. pro Sextio. Lutet. M. Vascoran. 1555. 4. — In Ciceronis orationem in Verrem pri-mam explicationes *Seb. Reguli*. Bononiae. Io. Rubrius. 1564. 4.

*Cicer.* oratt. III. de lege agraria contra Seruilium Rullum, illustr. per *Petr. Ramum*. Paris. ap. Wechel. 1561. 4. — Octo oratt. consulares, cum notis *Petri Rami*. Exemplar, quod habeo, inscriptum est: *Petri Rami* paelectiones in Ciceronis orationes octo consulares. Vna cum ipsius vita, per *Iaq. Thom. Freigium* collecta. Reliqua se-quens pagina dabit. Basileae per Petr. Per-nam. 1575. Vitam *Rami* excipit huius ora-tio, *Basilea*, in laudem urbis atque acade-miae Balileensis ante discessum habita. Tum sequitur *P. Rami* orat. de studiis philoso-phiae et eloquentiae coniungendis, Lutetiae habita, a 1546. Posthaec orationes *Cicer.* memoratae cum *Rami* comment. Dein *Cic.* lib. de fato et de optimo genere oratorum cum *Rami*.

*Rami* comment. *Platonis epistolae a P. Ramo* latinae factae et dialecticis rerum summis breuiter expositae: *P. Rami* Brutinae quæstiones, s. scholæ rhetoricae, in quibus Brutus et Cicerò collóquentes inducuntur, ac multa contra Aristotelem et Ciceronem disputantur: denique *Georgii Cassandri* tabulae breues et expeditae in præceptiones rhetoricae.

Commentarii notationis artificii rhetorici ac dialectici in orat. *M. T. Ciceronis*, quam habuit pro A. Lic. Archia poeta, autore *Valentino Erythraeo*, Lindauensi. Eiusdem Erythraei commentariolus in orat. *Cic.* pro M. Marcello. Argentor. per Vuendelin. Rihelium. 1550. 8. cum textu utriusque orationis, in sectiones diuiso vel potius discepto. — Commentarius *Mich. Toxitas*, Rhaeti, P. L. in orat. *M. T. Cic.* pro domo sua. Ex scholis *Io. Sturmii* pomeridianis. Tiguri ex offic. Rod. Vuissenbachii. 1551. 8.

Oratt: per *Io. Mich. Brutum*. Lugd. A. Gryph. 1570. 8. III. tom. — Or. pro Milone, cum enarration. *Iac. Cruquii*. Antwerp. ap. C. Plantin. 1582. 4. — cum notis variorum. Lugd. A. Gryph. 1586. 8.

Dispositio orationis *Cic.* pro Archia, per Phil. Melanchthonem. Hagenoae. 1533. 8. — *P. Ceruti* commentar. in orat. *Cic.* pro M. Marcello. Veronae 1589. 8.

*Cic.*

*Cic.* orat. pro A. Licinio Archia poeta,  
logice resoluta et proposita per *Io. Erasmus.*  
Hauniae ap. Laur. Benedictum. 1590. 4.

In bibl. Thottiana, (v. catal. illius tom.  
IV. pag. 109.) sicut exemplar, in cuius fron-  
tispicio exstat adnotatio *Io. Grani*mii de in-  
signi raritate illius libri in Dania prohibiti.

Oratt. pro *C. Rabirio* cum notis *Turneb.*  
*Geneu.* 1596. 8. — or. pro *Milone.* Vien-  
nae Austr. excud. Mich. Zimmermann. 1557.  
4. (*Denis l. c.* pag. 541.)

*Cicer.* orationes. tom. III. Londini typis  
*Vautrollerii* 1579. et saepius rec. in 8.  
et 16.

Orationum *M. T. Cic.* vol. I. et II. ex  
emendatione *Dion. Lambini.* Omnia et recta  
figura et inuiolata annotationum puritate,  
cum optimis editionibus ad auctissim conve-  
niunt. Londini per *Io. Jacksonum* et *Edm.*  
*Bollifantum.* 1585. 8. — *Cic.* orationum vo-  
lumen primum a *Io. Mich. Bruto* emenda-  
tum. Londini typ. *Vautrollerii*, impensis *I.*  
*Harrison.* 1587. 16. — *ibid.* III. voll. exc.  
*Rich. Field.* Licensed. (1596.) 16. — Oratt.  
aliquot faciliores Ciceronis in tria caussa-  
rum geneta rhetoribus visitata dispositae per  
*Thom. Cogan.* v. *Brüggemann* View etc.  
pag. 484 sq. — *Orr.* IV. contra Catilinam,  
cum adnotatt. *M. Io. Schofferi.* Francof. ad  
Oderam 1601. 8.

*Cit.*

*Cic.* orationum volumen selectum: (in quo continentur XII. oratt.) — vol. nouum, s. secundum, (in quo sunt XX. oratt.) Notimbergae ap. I. Andr. Endterum, 8. sine anni nota; cum dispositione singularium orat. rhetorica et cum scholiis marginatibus rhetoriciis.

Commentaria et scholia in *Cic. orationes*. Colon. Agrippinae. H. Hierat. 1621. 8. III. tom.

*Cic.* oratt. selectae. Lugd. B. ap. Elzev. 1639. 8. — Aboae 1669. 8. — Londini 1675. 1679. 1686. 8. — Amstelaedami 1705. 8. ad exemplar editionis *Iani Graeteri*, cum praefatiuncula Cornelii *Sladi* et *Adriani Junii*, Gymnasiarch. Amstelodamens.

*Ad pag. 143. lin. 22.*

*Pro. 1649. leg. 1749.*

*Ad pag. 144. lin. 3.*

Addam recentissimarum quarundam editionum notitiam. — *Cic.* oratt. selectae, ex rec. *Io. Georg. Graevii*. Glasguae 1733. 8. — Philippicae oratt. cum Pauli Manutii argumentis et commentariis, cura *Io. Friedl. Stübelii*. Lipsiae 1738. 8. — oratt. selectae XIV. med swänska Anmärkningar. Holmiae 1744. 8. — Oratt. selectae. Edinburgi 1778. 12. — oratt. selectae IX. scholis adornauit *J. K. Müller*. Moguntiae 1787. 8. — Auserlesene Reden des *Cicero*. (n. selectae vulgo editae,

N exclus.

exclusis tamen oratt.' pro Sexto Roscio, pro Archia et in Catilinam.) Herausgegeben von Fried. Wilhelm Döring. — eiusdem Erklärenden Anmerkungen zu den auserl. Reden des Cic. Brunsuici 1797. 8. — M. T. Cic. pro A. Lic. Archia, T. Ann. Milone et Q. Ligario orationes. *M. T. Cicero's Reden* — übersetzt, mit beygedrucktem verbesserten latein. Text, kritischen Anmerkungen, erklärendem Kommentar, erläuternden und beurtheilenden Sachbemerkungen von Karl Gottlob Schelle. Lipsiae, tom. I. 1797. 8. Comment. est niunis copiosus, nec einae adationes semper plausum criticorum tulerunt. — *M. T. Cic.* in Lucium Catilinam or. prima. Des *M. T. Cic.* erste Rede wider L. Catilina. In einem hin und wieder verbesserten Texte und einer neuen Uebersetzung, nebst kritischen Anmerkungen und einem erklärenden Kommentare. Halae et Lips. 1796. mai. 8. Criticam hanc textus lat. editionem, et bonam illius interpretationem eruditumque commentarium debemus diligentiae atque sollertiae M. Morgensternii, designati Professoris Gymnasii Deutiscani.

*Ad pag. 144. lin. 24.*

De versionibus germanicis v. cl. Degen  
I. c. pag 38 sqq. vbi quoque pag. 53 sq. de  
Iudicō libro agitur; *Cicero ein grosser Wind-  
deutel, Rabulist und Charletan;* zur Probe  
aus

aus dessen übersetzter Schatzrede vor den  
Quintius, von D. I. E. Philippi. Halae Sax.  
1735. 8. — Add. Cic. erste Rede gegen  
den Praetor Verres, neu übersetzt von I. A.  
v. L. Lenae 1787. 8. — M. T. Cic. Catili-  
nische Reden: übersetzt, und mit histori-  
schen Einleitungen und erklärenden Anmer-  
kungen begleitet von I. Dav. Büchling. Stein-  
dal 1794. 8. Interpres culpat Heinze, Bre-  
meri et Schmittii versiones, nec ipse immu-  
nis est ab omni culpa. Conf. ephem. litter.  
Tubing. 1796. plag. 24. — M. T. Cic. für  
den T. Ann. Milo, übersetzt und erläutert:  
(interpretate Motzio.) Halae Sax. 1794. 8. —  
für den Dichter Archias, für M. Marcellus  
Zurückberufung, für die Erhaltung des Ma-  
nil. Gesetzes, (potius, des Manilischen Vor-  
schlags zu einem Gesetz,) nebst der zweyten  
Philippischen Rede, übersetzt und mit An-  
merk. begleitet. Lipfiae 1794. 8. conf. len.  
Allg. L. Z. m. lun. 1795. nr. 177. et nou.  
bibl. univer. Kilon. germt. a. 1794. vol. XIII.  
part. II. fasc. VIII. — Zwo Reden des Cie-  
cero, als Vertheidiger des Marcellus und Li-  
garius (versaq a F. A. Brömbßen, cum textu  
latino,) Lübec. 1796. 4. — Cic. Reden neu  
übersetzt, und mit Anmerkungen erläutert.  
*Erstes Bändchen.* (orat. pro S. Roscio et Li-  
gario.) Halae Sax. 1796. 8. Longa grauisque  
et crudita censura est in noua Kilon. bibl.

*vniversali germitan.* vol. XXIX. part. I. fasc.  
III. pag. 171 sqq.

De versionibus orationum plurium gallicis v. *Goujet Biblioth. françoise*, tom. II.  
pag. 221 — 241. — Mihi quidem ad manus quoque sunt: *Les Philippiques de M. T. Ciceron*. Translatees de Latin en Francoys par — *Macault*. — On les vend a Poictier, 1549. fol. — *Huit oraisons de Ciceron*, Paris. 1638. 4. — *Les Oraisons de Cic. contre Verres*. (per B. *Lesfargues*.) Paris. 1640. 4. — *Athans. Auger* duo volum. *Oratt. Cicer.* gallice a se versarum edidit Par. 1786. 8. et orr. pro P. Quintio et Roscio comoedo, diuinat. in Q. Caecil. action. I. in Verrem et duo priores libros actionis secundae gallice vertit notisque illustravit, in *Oeuvres posthumes d'Ath. Augeri*, inscriptis quoque: *De la Constitution des Romains sous les Rois et aux tems de la Republique*. II. et III. tom. Paris 1792 et 1793. 8. et in tom. IV. libr. III — V. *actionis secundae in Verrem*. ib. eod. anno. conf. Ien. A. L. Z. 1793. nr. 275. et a. 1794. nr. 108. mense Mart. — Or. pro Ligario cuin exordio or. pro Milone, gallice versa et animaduersa. illustrata a *Dufruit*. Paris. 1786. 12. Louis opella censetur. — *De versione gallica antiqua or. in Verrem et de senectute v. Mem. de l' Acad. des Inscr.* vol. XVII. pag. 759.

*Adplenum Orationum in sermonem itali-*  
*cum translatum catalogum notisque doctrinæ*  
*illustratam exhibet. Paitoni. l. c. pag. 219;*  
*sunt yest: Orationi di M. T. C. di latine*  
*fatte Italiane. Divise per i generi in Giur-*  
*diciali, Deliberative e Démonstrative etc. cum*  
*adnotat. Venet. 1556. 8v. III. tom. — La*  
*Orationi — tradotte da M. Lodovico Dolce etc.*  
*III. tom. Venet. 1542. 48. Neapol. 1728,*  
*1734. 1745 et 1749. Alij tom. 4. — Opera*  
*analitica sopra le Orationi di M. T. Cic. —*  
*studio e iudicij del P. Padre Giannangelo*  
*Serra, Cappuccino da Cesena. — edit. III.*  
*Venet. 1762. 18. III. tom. I — Le Orationi*  
*scelte di M. T. Cic. tradotte — da M. Lan-*  
*dovico Dolce. Venet. per Simeon. Oechi. 1740.*  
*8. — Orazioni di M. T. Cic. in volgar*  
*toscano recate ed illustrate con Note, a ris.*  
*contro del testo Latino dal P. Maestro Alessan-*  
*dro Bandiera. — tom. I. part. I. et II. —*  
*tom. II. part. I. et II. — tom. III. part. I —*  
*III. Venet. 1750 et 1753 p. 8. — Selectio*  
*oratt. ex ejusdem interpretatione ital. et cum*  
 *eiusdem notis; ed. II. correct. et auct. ibid.*  
*1750. III. tom. 8. — I. sette Libri — con-*  
*tra Gaius Verre, tradotti — da M. Giuseppe*  
*Tramazzino, Venet. 1554. 8. — Philippi,*  
*cae — veriae a Ragazzonio. — Vén. 1556.*  
*4. ut aliarum singularium oratt. versiones a*  
*Paitonio uberioris memoratarum praetermit-*  
*tam: — quibus add. XII. oratt. Cic. italica*

versae multisque instructae a *Plinio Bordonio*. Veneti: 1789. II. tom. — *M. Cic. orat, italice versae, multisque notis et commentario rhetorico stipatae*, auct. *Leopoldo Giannellio*. Luccae 1789. 8. II. tom.

*Prima or. in Catilinam dantia a Gottschalck versa prodiis Hanniae 1769. 8.*

*Anglicas verbiodes curate enumerat Brüg-  
emann l. c. p. 486 sqq. — Evidem in breui  
recentiorum comitemoratione se quiescam:  
Oratt. versae et notis historicis, criticisque  
illustratae a Gall. Gustrius III. voll. Lond.  
1741 — 1743. 8. — ed. M. correctior no-  
tisque auct. ibid. 1749. III. voll. 8; — con-  
tra Catilinam oratt. IV, interprete Thoma  
Gordon: cum eiusdem anglica Sallustii ver-  
sione. Londini 1744 et 1769. 8. — eadem  
cum Sallustio interprete Guil. Rose. Londini  
1751. 8. et 1757. 42. — Eadem cum Sal-  
lustio, auctore Ge. Fr. Sidney. Lond. 1795.  
8. — Or. pro M. Marcello, cum textu la-  
tino. Lond. 1745. 8. — Oratt. selectae angl.  
versae cum notis historicis, criticis atque  
grammaticis. (auctore Duncan.) Lond. 1755.  
8. et 1771. 8. recens. et locupletatae variis  
obseruant. a Car. Whitworth. ibid. 1777. II.  
voll. 8. — The principal Orations of Cicero  
translated, with Notes classical and original.  
By John Rutherford. Londini 1781. 4. —  
Oratt. contra Verrem, ex interpretatione et  
cum notis J. Whitt. Lond. 1787. 4. —*

In orat. pro Archia poeta, et pro T. A. Milone Petr. White adnotaciones, in or. autem pro M. Marcello Joan. Helyar commentarium scripsérunt. — A Dissertat. in which the Defence of P. Sulla ascribed to M. T. Cicero is clearly proved to be spurious, after the Manner of Mr. *Markland*, with some Introductory Remarks on other writings of the Ancients never before suspected. London, 8. sive anni nota. — A Diff. in which the Objections of a late Pamphlet (Rossii, episcopi,) to the writings of the Ancients, after the Manner of Mr. *Markland*, are clearly answeréd: those passages in Tully corrected, on which some of the Objections are founded. With Amendments of a few Pieces of Criticism in Mr. *Markland's Epistola critica*. Lond. 1746. 8. — Instances of original Genius in eloquence from — *Cicero*, in his oratt. concerning Catiline and Milo, (auctore *Duff*,) in eius Essay on original Genius. Lond. 1767, 8. p. 217—228.

*Benedicti Herbsti*, Neapolitani, orationis Cicer. quam ad Quirites post suum ab exilio redditum habuit, explicatio. In qua methodus in explicando seruatur haec, quae singularis logicæ philosophiae partibus sua tribuit officia, simulque et ad moralem philosophiam, quae spectent, diligenter observat etc. 1560. 8.

Ad meliorem orationum Ciceron. intelligentiam et ad legitimam multorum capitum iurisprudentiae atque antiquitatis rom. cognitionem et interpretationem permultum faciunt *M. Antonii Ferratii* epistolarum libri sex, in quibus omnia fere, quae in orationibus *M. Tullii* dubia occurserunt, polemice illustrantur. Venetiis, aere I. Bapt. Albritii. 1738. 4. Haec est altera, saepe locuple-  
tior editio, in qua Albrit. in praef. adfimmat, epistolas Ferratii criticas partim nunc iterum typis suis, partim hunc primum editas esse, (De editione priore, v. Introd. II. pag. 89.  
not. et p. 150. not.) Idem Albrit. in praef. memorat *Ferratii* analyticos in orationes *M. Tullii* commentarios typis seminarii Patquinii nuper, (vt sit,) in lucem editos: de quibus v. not. pag. 153. Introd. — *Pauli Manutii* commentarius in *M. T. Cic.* orationes, multo correctius recusus est cura *Christ. Gottl. Richteri*, Lips. 1783. II. tom. mai. 8. Richter in docta longaque praefat. de illo Manutii opere et labore, de variis iisque vitiosis editionibus, de virtutibus illius commentarii erroribusque a Manutio commissis et de sua opera bene pulcreque differit.

De Balbo et Ciceronis pro illo oratione vid. Hist. litter. d' Espanna. tom. IV. lib. 8. — *H. A. Zeibich* in vermischtēn Betrachtungen, tom. III. part. III. pag. 279 sqq. in or. Cic. pro Deiotaro cap. VI. defendit explicatque lection.

lection. refector. — in tom. II. part. III. pag. 268 sqq. tom I. pag. 200 sqq. etc. loca Cic. tentantur. — Bemerkungen über einige Stellen des Cic. de invent. II. 7. de orat. I. 36; II. 24, 66. pro Roscio Amerino, c. 31. 38; in Braunschweig. Journ. a. 1790. VIII. — Quaedam oratt. Cicer. loca illustrantur in: Magazin für bibl. orient. Litterat. I. — D. Ch. Grimm animaduerssl. aliquot in Cic. Catilinar. I. Annaberg. 1790. 4. contra Ernesti emendatt. — I. F. Facii prol. de codice IV. Verrinarum Ciceron. in biblioth. ducali Meiningensi asseruato eiusque lectionibus varian- tibus. Coburg. 1788. 4. — Frid. Guit. Ha- ges disp. me praefide habita, exercitationis academicæ in Ciceronis orat. Milonianam, pars prima. Erlangae 1792. 8. — M. Car. Aug. Böttiger, Rect. Budissæ, prol. ad locum Cic. in Catilin. III. 8, 9. Budissæ 1791. 4.

Cel. de Murz deprehendit in folio quo- dam, quod libri erat inuolucrum, membra- naceo fragmentum orationis cuiusdam, idque habuit particulam quamdam deperditæ ora- tionis Ciceronianæ, publicauitque in ephem. Noriberg. litterat. 1797. m. Nou. p. 734 sq. Mibi vero illud haud redolere videtur inge- nium et scribendi genus Ciceronianum. At- que equidem dubito, Ciceronem scripsisse, cum nominis taxatione vocabatur et magnus,

*Ad pag. 145. de Asconii Pediani orationibus.*

*Georgii Trapezuntii Rhetorica.* Eiusdem de artificio Ciceronianae orationis pro Q. Ligario. *Asconii Pediani* in orationes Ciceronis commentaria. *Antonii Luschi Vicentini* expositio super XI. Ciceronis orationes; et *Xieconis Polentoni* argumenta super nonnullis orationibus et inuectiuis Ciceronis — in fine: *Mediolani* in libraria Leonardi Pachel officina, anno MCCCCCLXXXIII. (1483.) fol. v. Sax. hist. litter. typogr. Mediol. pag. 593. — *Asconii Pediani* comment. in oratt. Ciceronis. Patauii 1493. fol. — *Q. Asconii Pediani* in Cie. oratt. commentarii. *Georgii Trapezuntii* de artificio Ciceronianae orationis et in orat. pro Q. Ligario. *Ant. Luschi* Vicentini, super XI. oratt. Cic. expositio. *Xicchonis Polentoni* Patauini super decem orationes Ciceronis et super IV. inuectiwas in Catilinam et super inuectiuis inter Sallustium et Ciceronem. sine l. et s. (circa an. 1490.) fol. v. *Mylii* memorab. bibl. acad. Ienens. pag. 193.

*Ad pag. 146. lin. 7. de ed. Veneta.*

In subscriptione legitur:

*Primus in Adriatica formis impressit ahenis  
Verbe libros Spira genitus de stirpe Ioannes.  
etc. v. Introd. II. pag. 96. sed controuersia  
est qta, num Ioannes Spirenſis primus artem  
typo-*

typographicam exercuerit *Venetius*, an *Iensonius* prius, n. MCCCCCLXI. (1461.) iam opus *Decor puellarum* inscriptum formulis descripsit typographicis. Posteriori adserit honorem praeter paucos *Maurus Bonus* in: *Quadro critico tipografico*, subiecto parti secundae nouae editionis *Harwoodiani* libri italice versi, f. Degli autori classici sacri prefani greci e latini etc. Ven. 1794. 8. p. XLI sqq. qui sequis viribus diuicat pro *Iensonio*, primo Veneto typographo. Sed in mem. libro a *Iensonio* excuso in numerales illius anni notas inendunt irrepsisse et pro ab MCCCCCLXI, anno MCCCCCLXXI. (1471.) reponendum esse, acriter contendit auctor catal. bibliothecae Smithianae pag. CXVI. in qua sententia plures versantur, doct. *Morellius*, qui in singulari folio memorabile priuilegium, d. 18. Sept. 1469. Ioanni Spirensi a consiliariis Venetis datum, recudi fecit; *Pellegrinus* aliquis, v. cl. *Panzer* III. pag. 69 sq. et supra pag. 10 sqq. Inprimis omnem rem bene lateque explicuit et *Mauri Boni* V. Cl. aliorumque argumentata docte refutauit cl. *Mich. Denis* in Suffragio pro Iohanne de Spira, primo Venetiarum typographo, Viennae 1794. 8.

*Ad pag. 146. lin. 20,*

Praeter edd. in Introdd. mémoratas *Cicer.* spist. ad famil. saec. XV. saepius prodierunt, *Venetius* (ap. *Valdarfer.*) 1470, fol. — sine loci

loci nota. 1472. 1473. 1476. 1479. 1497.  
 fol. — Neapoli apud Arnold: de Bruxella  
 1474. fol. — Bonon. ap. Sigm. de Libris.  
 1477. fol. — Paris. 1477. fol. — *Medio-*  
*lani* per Phil. de Languia. 1472. quae ed.  
 dubia videbatur Buno, sed est quoque in bibl.  
 publ. Erlang. et quae in fine leguntur, ea  
 plane conueniunt cum iis, quae cl. *Ranz.* II.  
 pag. 12. ex *Maittaire* III. pag. 319. adtu-  
 lit. — ibid. 1477. et 1478. — — Edit.  
 mem. *Vicent.* 1479. fol. per Herm. Lich-  
 tenstein Colon. existat in catal. bibl. *Smith.*  
 pag. CXVII. add. *Clement* I. c. p. 129. —  
 Edit. venusta cum *Huberti Clerici Crescenti-*  
*natis* comment. Venet. 1480, est quoque in  
 bibl. publ. Erlangens. add. *Freytag.* adpar,  
 litter. III. pag. 665 sqq. Est etiam in bibl.  
 Neostad. ad Aiss. v. cl. *Schnitzeri* der Kir-  
 chenbibl. zu Neustadt an der Aysch. III. An-  
 zeig. p. 34 sq. — Ibid. 1482. 1483. 1484.  
 1485. et saepius referuntur in *Panseri* M.  
 T. tom. III. pag. 183. etc.

Epistolae famil. nuper castigatae — at,  
 que corsectae, (a Steph. Gerhardo, Lipsiae)  
 s. l. et a. fol. v. *Leish.* de orig. typogr. Lips.  
 104. — *Epist.* ad diuersos cum compn. Cle-  
 rici, Philetoci et Merulae, it. Politiani ad-  
 notatt. Venet. 1491. fol. — ap. Bern. Benal.  
 1493. fol. — 1498. et per Barth. Zas. do  
 Portesio. 1500. fol. — *Lugd.* apud Io. de  
 Vingle. 1496. fol. — ibid. apud Io. Zacch.  
 Pede-

Pedementan. 1499. fol. — *Mediol.* ap. Leon. Pachel. 1499. fol. — *Cornu copiae* epp. *Cic. c. comm.* Venet. 1481. fol. — Epp. selectae ad Lentulum et alios, s. l. et a. (Romæ ap. Barth. Guldinbeck.) 4. — ibid. (s. l. et a.) 4. — *Cicer.* et *Plinii* epp. breviores, s. l. 1499. 4. — *Dauentriae* ap. Rich. Pafroed. 1500. 4. v. *Pauzer A. T.* II. p. 529 et 551. vol. IV. p. 70 et 288.

*Ad pag. 147. lin. 3.*

In Serie dell' Ediz. Aldine memorantur sequentes edd. Aldinæ praeter citatas: *Epistolas ad Famil.* Venet. 1519. 8. — — ex emendat. et cum scholiis Paul. Manutii. 1540. 8. — diligentius, quam quæ hactenus exierunt, emendatae cum P. Max. scholiis, quibus et loci familiarium epistol. obscuriores explanantur, et castigationum, quae in iisdem epistolis factæ sunt, ratio redditur. 1543. 8. Scholia separatum habent titulum. — *Cic. epp.* — scholia in easde in a P. Manutio cum titulis distinctis. ap. Aldi filios. 1545. 8. — 1548. 8. — 1554. 8. — 1556. 8. — 1562. 8. — cum scholiis auctior. 1571. 8. — 1579. fol. — 1592. 8.

Omissa tamen est edit. quam ipse habeo; inscripta: *M. T. Cicer. epistolae familiares.* *Pauli Manutii scholia*, quibus hacten epistolarum locos complures, ab aliis propter obscuritatem aut omissos, aut minus recte expla-

planatos, partiti interpretatur; partium corrigit. Corrigente *Paulo Manutio*, Aldi F. Venet. 1546. 8. cum praefati uncula eodem anno exarata, in qua Paulus scribit, se hoc onus suscepisse, ut Ciceronis libros, dum imprimitur, non, ut solet, per vicarium, sed ipsem et quotidiana opera recognosceret. Scholia sunt cum peculiari titulo separatum posita.

Cum commentar. *P. Manutii*, Venet. 1572. 8. — 1575. 8. — et cum peculiari quidem titulo; sed in collect. opp. Cic. 1582. 1583. fol. — 1593. fol.

*Gl. Benedicti*, in praef. ad tom. I. *Epistol. Cicer.* pag. XXI. primae editionis *Ascensiones*, ab Ernesto praetermissae, hanc fecit mentionem: „Illa, quam contuli, editio ab Ascensio inscripta est *Balduno Gruteri*, ipsius discipulo, anno: 1502. atque his verbis memoratu dignis eidem amico commendata: *Totum epistolarum textum recognoui et fideliter integritati pristinae restitui. Atque utinam non iterum chalcographorum incuria depraetur.* Sub calcem eiusdem editiosis inter alia legitur: *Impressae Lugduni per Mag. Jakobum Zachon. Pedemontanum* — anno: 1505.“ Tum memorat plures lectiones, in illa obuias editione, quae vel conspirant cum quibusdam antiquissimis edd. vel descendunt ab illis, vel conjecturas Ernesti confirmant.

Alte-

Alteram *Ascensionam*, quam Ernesti pri-  
main habuit, editionem ipse habeo. Ea  
vero est inscripta:

*Epistolae familiares M. T. Cic. cum As-  
censionis Introductiunculis et commentariis  
familiariissimis.* — Venundantur in aedibus  
Io. Paruti et ipsius qui eas impressit Ascensio.  
In calce: Impressum est hoc opus ad q̄rtū  
Kalēdas Iulias p̄lo Ascēsiano anno Mileſimō  
quingentesimo vndecimo. (1511.) min. fol. f.  
mai. 4. In praef. seu epistola nuncupatoria, a.  
1511. exarata, nulla prioris editionis fit men-  
tio — recus. ibid. 1514 m. April. eadem for-  
ma: in calce: „Impensis honorabilis viri Ste-  
phani Gueinard, Lugdunensis bibliopolae an-  
no — quingentesimo decimo quarto supra  
millesimum.“

*Cic. epistolae quaedam selectae*, Colon.  
ap. her. Quentel. f. a. 4. — Quaedam ele-  
gantissimae et breuiores. epp. *Ciceronis et*  
*Plinii*. Dauentriac per Iac. de Breda. 1506.  
4. — De aliis selectarum epp. edit. v. In-  
trod. II. pag. 104 sq.

*M. T. Cic. epp. famil. cum commentis*  
Hubertini, Mart. Thiletici et G. Merulae.  
Augustae per Erh. Ogljn et Georg. Nadler.  
1508. fol. — cum *Ascensionis* introducti-  
culis. Argentor. in aedibus Matth. Schuter.  
1515. 4. — Epp. famili. accuratius recogni-  
tae. Bonon. per Franc. de Bononia. 1516.  
12. — Libellus primus *epistolar. M. T. Cic.*

Decus

Decus Oxoniensium, finitum in universitate  
Oxonienst. (Oxon. circ. a. 1519.) 4. v. Brüg-  
gemann View etc pag. 489. — Epp. fam. L.  
XVI. cum Christoph. Hegendorphini annotat.  
margin. Coloniae per Io. Gymnicum. 1533.  
8. — it. Lugd. Batav. apud S. Gryphium.  
1539. 8. — Epp. ad famil. Paris. ap. Sim.  
Colinaeum. 1545. 12. — ib. ap. Man. Patif-  
sonum in offic. Roberti Steph. 1578. 12.

Epp. famili. M. T. Cit. nunc primum,  
optimis quibusque exemplaribus collatis,  
emendatae; adiectis singularum epistol. ar-  
guimentis, scholiis, Graecorum interpreta-  
tione. ex castigatione Ioan. Boulierii. Lug-  
duni ap. Anton. Vincent. 1560. 12.

Epp. fam. libri XVI. dentio collatis non  
paucis venerandae fidei exemplar. quam ac-  
cutatissime castigati. Lugduni apud Anton.  
Gryph. 1566. 12.

Herbesti explicationi orat. Cic. ad Quiri-  
tes, (supra notitiae oratt. addita,) a pag. 156.  
adiuncta est copiosa eiusdem Herbesti expli-  
catio trium epistolarum Ciceronis dialectica,  
rhetorica secundum tria caussarum genera et  
grammatica. — Ab eodem Herbestio editi  
sunt libri IV. epistol. Ciceronis, Cracou. 1561.  
de qua editione et controversia quadam v.  
plura in Jen. A. L. Z. a. 1794. m. Mart.  
nr. 102. col. 814.

Epp. fam. optimis quibusque exemplari-  
bus collatis, emendatae: varia lectione pagi-  
larum

harum marginibus adscripta: nec praetermissis interim singularum epistolarum argumentis. Nunc postremo P. Manutii et M. Ant. Mureti diligentia ab innumeris erroribus vindicatae. Lugduni ap. Ant. Gryphium. 1581.  
 12. — ex offic. Plantin. Chr. Rapheleng. 1599. 12.

Epp. ad famil. a D. Lambino, Londini typis Th. Vantollerii. (1581.) 8. — ibid. ex offic. Roberti Robinson. 1590. 8. — a D. Lambino, — ex codd. msstis emendatae etc. it. P. Manutii annott. breuissimae, in marg. scriptae. Londini, exc. Io. Iacobsonus et Edm. Bollifant. 1585. 16. — Epp. fam. Cicer. epitome, secundum tria genera libr. II. epist. III. per Thom. Cogan. Cantabt. 1602. 8. (Forsan est repetitio Herbestianae explicacionis, aut huius quidem imitatio.) — Eiusdem epistolae, item aliae familiares Cicer. ad tria caussarum genera, demonstratiuum, deliberatiuum et iudiciale redacta. v. Brüggemann View etc. pag. 489 sq.

*Ad pag. 147. circa fin.*

Reinmanni ed. secunda lucem vidit Lips. 1710. — rec. ibid. 1715. 8.

*Ad pag. 148. lin. 2.*

H. Ragazonii comment. in epp. famili. Cicer. separatis excusus est Venet. apud P. Manut. 1555. 8.



*Ad*

*Ad pag. 148. fin. 20.*

Nova recensio et omnino critica editio, collatis codd. Torgau. Lipsiensi et quinque Dresdensi, est curata a *Benedicto*, qui primum sicutem quasi adposuerat in protus. Notae criticæ in Ciceronis epistolas, Lips. 1788. 4. Editio autem est inscripta:

*M. T. Cic. epistolæ vñlo priores libri,* cum notis criticis Traugott. Preder. Benedict. A. A. L. L. Magistri et Torgau. scholæ Rect. Lipsiac 1790. 8. conf. Jen. A. L. Z. a. 1793. nr. 24. m. Aug. — *vñlo posteriores libri.* ibid. 1795. 8. — v. Jen. A. L. Z. a. 1795. m. Sept. n. 253. vbi haec ed. cum duasq. comparatur:

*M. T. Cicæ. epp. ad diversos et ad M. Brutum*, nach der Zeitfolge geordnet und mit Einleitungen und Anmerkungen zum Schulgebrauch erläutert von *M. Aug. Chr. Borbeck*, Profess. zu Duisburg; welcher die Briefe bis zum Ausbruche des Caesar. Bürgerkriegs im J. 704 enthält. Lemgo, I. Th. 1794. 8. — II. Theils 1te Abth. 1795. 8.

*M. T. Cic. epp. ad diversos, recensuit,* iuxta Ciceronis praemissa, praef. singulis libris praeposita, argumentis, tabula epist. chronologica et indicibus historicis in usum scholarum illustravit *Io. Chr. Frid. Wetzel*. Liganæc. 1794 mai. 8. de qua édit. conf. quoque Gotting.-ephemer. litter. a. 1794. pag. 295. pag. 1599. vbi ea valde laudatur.

*Cla-*

*Ciceronis virorum epistolas, quas inter  
Ciceronis epistolas seruatae existant, in unum  
volumen redactas et duplicommentario  
illustratas a Beniamin Weiske, A. M. scho-  
lae Portensis collega III. Lips. 1792. mai. 8.  
Sunt XXXIII. epistolas Pompeii, Bruti, Planci,  
Asinii Polliois etc. secundum ordinem alpha-  
beticum nominum eorum, a quibus scriptae  
sunt, commentario duplicommentario egregio,  
critico atque exposito illustratae: cuiuslibet  
collectioni praemissae sunt conjecturae de in-  
genio auctoris et oratione. Ex notis criticis  
elucet ingenium criticum, cuius beneficio ali-  
quot sagaces proponuntur emendationes at-  
que conjecturae, quarum nouillae in rext-  
um sunt admissae. Praeter optimas edd. ad-  
hibuit V. D. excerpta ex codd. Goerlicensi  
et Magdeburgensi.*

*M. T. Cic. epistolarum selectarum libri  
IV. Nach der Zeitfolge geordnet und mit  
kurzen Einleitungen, erklärenden Anmerkun-  
gen und einem zweckmäßigen Sachregister  
versehen etc. Berolini 1790. 8.*

Auswahl der besten Briefe Ciceros; ed.  
M. Benjam. Weiske. — Eiusdem erklärende  
Anmerkungen zur Auswahl etc. Brunsvici  
1796. 8. conf. ephem. litter. Lips. 2. 1796.  
plag. 60.

*Modo di studiare le famigliari di Cice-  
roni. Venet. 1566. 4. — Cic. coniunctio-  
nes, quae in epp. familiaribus clucent, se-  
cundum*

cundum singulas periodos, collectae ab *Hoy. Tufonella.* Venet. ap. L. Auancum. 1560. 8.

De versionibus epp. germanicis v. cel. *Degen* l. c. pag. 121 sqq. — de *anglicis selectarum* per *Flemming*. Londini 1576. 4. et per *Thom. Brown*. Lond. 1702. 8. atque in eius opp. ed. V. ibid. 1715. 12. vol. I. pag. 303 sqq. nec non epp. ad famil. cum obser- yatt. *Gail. Melmoth*. Londini 1753. 8. — ib. 1778 et 1789. 8. II. voll. v. *Brüggem. View* etc. pag. 490 sq. — Versiones *italicas* recenset *Paitoni* l. c. pag. 236 sqq. Venet. cum adnotatt. 1544. 8. 1555. 8. — apud filios Aldi. 1545. 8. (de duplicit. edit. et Aldi Manut. versione multus est Paiton. ~~adde~~ Se- rie dell' Ediz. Ald. pag. 79 sq.) 1548. et octies adhuc usque ad a. 1566. 8. tum ead. versio apud Altobell. Salicat. 1573. 8. (vbi *Poit.* p. 241. corrigit *Fabric.* B. L. I. p. 124.) ac saepius illo et sequentibus saec. rec. — vers. a *Io. Fabrino*. Venet. 1561. et 1568. fol. repet. cum obss. *Phil. Venuti.* Venet. 1576. fol. — corr. a *Borgaruccio* etc. ibid. 1582. fol. etc. — vers. a *Claro*, (Abate Chiari da Pisa,) Venet. 1740. II. voll. 8. — select. epp. libri IV. ab *Franc. Ranier Chiari* etc. Venet. 1731. 12. 1740. 12. — Epp. ad famil. e versione et cum notis *Alexan- drii* etc. Venet. ed. II. 1762. tom. II. 8. — *M. T. Cic.* epp. familiarium libri XVI. *Fran- cisci Prissianensis* explanationes grammaticae ac

ac ~~et~~ Moticæ Italice conscriptæ, quæ utriusque facultatis vfa atque experientia epistolas comprobant. etc. Venet. ex offic. Petri Ant. Bertani, 1579. 4.

*Ioann. Glandorpii Monasteriensis annotationes in M. T. Cic. epistolas, quae vulgo familiares, rectius ad familiares appellantur. Quibus historia illius temporis enucleatur diligentissime: exponuntur summatim eorum vitae, quibus epistolaq; inscriptæ sunt; restituuntur probatae et antiquæ lectiones; insertis simul utilissimis explicationibus —. Editæ studio et opera Reineri Reinocci, Steinheimii. Basil. per Sebast. Henricpetri. — In calce: — c i o. i o. x x c. (1580.) 8. — Io. Caselius in epist. ad I. Reccium, addita Memoriis philosoph. a R. H. Roffo collectis dec. I. p. 457. mire laudat Glandorpium.*

*Ad pag. 149. de epistolis ad Brutum et Atticum etc.*

Cum libr. de Offic. Parad. et de amicit. Neapoli 1478. fol. de qua ed. v. cl. Panzer. IV. pag. 371.

In Serie dell<sup>a</sup> Ediz. Ald. plenius memorantur Epp. ad Atticum, vel solae, vel plures coniunctae cum epp. ad Brutum, ad Quintum fratrem, edd. Aldinae in form. 8. 1513. 1518. 1519, (cum aliis libris Ciceronianis,) 1521 — castigatiꝫ cum P. Ma-

putii Scholiis, separatione excusis. 1540 —  
 1542 — 1544 — — cum commentariis  
 seu sum impressis 1551. (cum Attici vita per  
 Corn. Nep. post epp. ad Attic. meo exem-  
 ple abest commentar.) — 1554. — cum  
 correctionibus P. Manutii 1558. (in calce  
 1559.) — Epp. etc. cum correct. P. Man.  
 1561. — 1564. — 1567. — cum corre-  
 ctionibus P. Manutii et annotatt. D. Lambini.  
 (Epp. ad Atticum huius vita per Corn. Nep.  
 subiuncta est.) ex biblioth. Aldina 1570. —  
**P. Manutii** commentarii 1547. 1548. 1553.  
 1557. 1561. 1562. 1563. 1568. 1570.  
 1572. 1582. — **M. Ant. Mureti** commen-  
 tarius. 1547. 8.

**M. T. Cic.** epistolae ad Atticum, Bru-  
 tum, et Q. fratrem. Ex diuersorum exem-  
 plarium, praecipue Victorii ac Manutii, col-  
 latione diligentissima castigatae. T. Pompo-  
 nii Attici vita (per Cornelium Nepotem).  
 Interpretatio eorum, quae graece in epist.  
 Scripta sunt. Lugduni apud Seb. Gryphium.  
 1545. 8. — rec. 1555. 8. Vtramque ha-  
 beo edit. Quantum vero ego ex compara-  
 tione quadam vtriusque edit. animaduerti,  
 vtriusque quidem marg. adscriptae sunt va-  
 riae lectiones; sed posterior interdum quam-  
 quam rarius discedit a priore, et praeterea addita itidem habet in margine brevia  
 scholia varii generis.

Ad

*Ad pag. 149. fin. 36.*

*Pro Rutiasti Lemou. lege Rutiasti Lemou.*  
ap. Hugonem Barboum. Est critica editio.  
*Simeonis* tamē *Bosii* animaduersi. peculia-  
rem habent titulum. *Bosius* autem quatuor  
vīsus eodd. m̄sset; contextum ex illis aliquisque,  
etiam ex ingenio saepe emendauit, et iis  
animaduersi. locis multis obscuris lumen ad-  
tulit.

*Epistola M. T. Cic. ad Quintum*, Cicer,  
fratrem. Qua boni principis institutio con-  
tinetur, qua antehac paucis visa et lecta est.  
Cracouiae per Matthi. Schaffenberg; impen-  
sis Marci Scharffenberger. 1529. 4. — Epp.  
ad Attic. Brutum et Quintum fratrem. Lugd.  
ap. Seb, Gryph. 1548. 12. — ex castigatio-  
ne *Io. Boullierii*. Lugd. apud A. Vincentium.  
1561. 12. — cum scholiis *I. Mich. Brutii*  
ibid. apud Seb, Gryph. 1571. 12. — opere  
*Sim. Bosii*. ib. ex officie Plantin. 1590. 12. —  
ex edit. *Lambini*. Exc. Iac. Seder. 1600.  
12. — Amstel. ap. G. Blaew. 1632. 12. —  
*P. Victorius* in *Cic.* epp. ad Attic. Brutum  
et Quint. fratrem. Basil. 1530. 8. — *L. Ma-  
laesping* in *Cic.* epp. ad Attic. Brut. et Quint.  
fratrem. Venet. 1564. 8.

In auream *M. T. Cic.* epistolam de ad-  
ministranda propria ad Quintum fratrem.  
Asiae Propraetorem, scriptam, commentarius  
(amplus) *Zachariae Schaefferi*, Profess. Tu-  
bing.

bing. (cum textu Cic. in multis sectiones dis-  
ciso,) Tübinger 1798, 39.

*Ad pag. 150. fin. 10,*

In thesauro bibliothecali tom. I. part. I.  
p. 54. memoratur edit. Manut. Venet. 1544.  
3. et pag. 55 — 64. lectiones variae et con-  
iecturæ partim propriæ partim aliorum ty-  
pis sunt excusæ, quas Ge. Matth. Koenig,  
Prof. quondam Aldorfinus margini exempla-  
ris sui adscripsit,

*Ad pag. 150. fin. 14.*

Lettres de Cicéron à Atticus, (cum eru-  
ditis adnotatis,) Hagae Comitum. 1709. 8.  
III. voll, — Laval interpretat. gall. epp. ad  
Brutum, tom. I. prodijit Par. 1731. (Praef.  
bene illustrat historiam illius temporis et rei-  
publicae romanae: a pag. 49. sequitur vitæ  
Bruti enarratio.) tom. II. excusus est a. 1730,  
additus est textus latīnus.

Epistola ad Q. fratrem, proc. in lingua anglicam a G. G. versa. Londini 1561. 16.  
v. Brüggem. View etc. pag. 492. — Epp.  
ad Atticum anglice vertit et notis historicis,  
criticis et grammaticis illustravit Guil. Guthrie.  
II. voll. 1752. 8. — Lessons and Exercises  
out of Ciceron ad Atticum, by George Web-  
b. Webb. Pr. 1627. 4.

*Ad pag. 250. N. 238.*

*Post:* 1743. 8. add. et in IV. volum. Operum variorum *Middletoni*. Lond. 1752. 4. — nec non in linguam italic. ex anglica vers. a Iac. Fabbricio cum textu lat. et adnott. Venet. 1744. 8. Eadem epist. in *Middletoni* vita Cicer. in linguam italicam translata, tom. V. ibid, eod. ap. v. *Paitoni* l. c. pag. 250.

*Ad pag. 151. N. 9.*

Scripta philosophica: n. acad. quæst. de Jigib. offic. senect. amicit. Paradoxa, de finit. tusc. quæst. de N. D. diuinat. fato, vniuers. Arati phænomen. s. a. et L. v. *Maltaire* IV, pag. 763. — addæ paullo infra ipsi notitia edd. libror. de Fin. B. et M. et de N. D. — Prima *Dauifii* editio Academicorum prodidit Cantabri. 1725. 8. — tertia Londini 1740. et ib. IV, 1746. 8. v. *Briiggem*. l. c. pag. 494. de hac et reliquis philosophicorum Cic. librorum editionibus.

*M. T. Cic.* opera philosophica. Vindob. ex offic. Wappleri, 1790. 8. II. vall. Est correcta editio, ex Bipontina ducta. — Quæstiones academ. Tuscul. de Fin. R. et M. et de fato, cum lectr. varr. eodd. Vindobon. edidit *F. C. Alter*, Prof. Vindob. Vindobonae 1786. 8. — *M. T. Cic.* opera philosophica, vol. I. Tusculan. disputatt. libri V. Ad optimas edd. recudi curauit et selectam

325

lectionis variorum adiect. A. M. K. Würzburg, 1798. mai. 8.

*Ad pag. 151. Nn. 19.*

*Académique de Ciceron avec le texte latin de l'Édition Davies et de Bentley, suivi du Commentaire latin de Pierre Valence par Dav. Durand. — nouvelle édit. revue, corrigée et augmentée de la Traduction françoise du Commentaire de Valence par de Castillon. ap. P. Barbon. Par. 1796. II. voll. - 12.*

*Contra Scepticarum et Academicorum disciplinam, potissimum Ciceronis de quæstionibus acad. libros differit Sam. Parker in Disput. de deo et providentia divina. Oxon. 1703. 4. disput. VI. pag. 489 — 572. — Libr. II. academ. sive Lucullum germanici vertit, et in subiunctis obss. illustravit seque examinauit M. I. Christian Zwanziger in Theorie der Stoiker und Akademiker von Perception und Probabilismus, nach Anleitung des M. T. Cic. Mit Anmerkungen auf der ältern und neuern Philosophie. Lipsiae 1788. 8.*

*Ad pag. 151. Nn. 28.*

*In serie dell' Ediz. Aldine memorantur quoque editt. philosophicorum libr. Aldinae, c. 1541. 1552. 1555. cum scholiis P. Mantui separatis excusis, II. voll. 8. — et 1562. B. — Cicer. de philosophia, prima et*

et secunda pars, cum Arati versibus in lati-  
num conuersis, cum Q. Ciceronis libro de  
petitione consulatus et Paul. Manutii scho-  
liis. Venet. Aldus. 1565. 8. II. voll. In  
meo exemplo sunt libello de petit. consulat.  
varias lectr. manu Schwarpii adscriptae. —  
*Aldi Manutii junioris in M. T. Cic.* de phi-  
losophia, vol. I. et II. commentatorius. Venet.  
apud Aldum. 1583. fol.

*Io. Rosse* commentator. in reliquis acade-  
micarum quaestionum M. T. Cic. Françof.  
ad Moen. 1571. 8. — *Petri Fabri* com-  
ment. in libros academicos Ciceronis, edi-  
tionis primas. Lugd. Bat. ap. A. Clouequium.  
1601. 8.

Ad pag. 151. fin. penult.

Princeps de *Fiu. B.* et *M.* editio vulgo  
quidem tribui solet *Fausto* Moguntino; sed  
Com. Rewiczky habuerat illam et in litteris  
ad me datis scripserat: „Cicero de finibus,  
Ed. prim. litter. gothicis f. l. et a. (Zell de  
Hanaw, circa 1467.)“ Atque cel. *Panzer*  
in *A. T.* I. p. 328. nr. 396. „typi, ait, qui-  
bus expressa est illa, idem plane sunt, qui-  
bus Olricus Zell Coloniensis imprimere so-  
lebat. Iure meritoque ergo officina huius  
artificis vindicatur, quod factum est in cat.  
bibl. de la Vall. II. pag. 33. Exstat etiam  
exemplum in bibl. publ. Nor. quod iteratis  
vicibus accuratissime contuli.“

Habeo

Habeo exemplar ed. antiqu. fol. sine vla  
nota anni, loci et typographi: incipit: *Liber  
primus M. T. Cic. de Finibus B. et M.* sed  
primum folium excisum esse videtur: nam,  
quod in meo exemplari est primum folium,  
habet in infra ora signaturam *An.* In fine  
calamo est scriptum: *Venetiis apud Ioh. de  
Colonia. 1471.* sed v. *Reviczky* cat. p. 23 sq.  
de illa ed. Veneta.

— Vellutiis per Phil. Condam Petri, 1480.  
fol. — ibid. sine anni nota. fol. — de finibus  
B. et M. de petitione consulatus, de vniuer-  
sitate, de somnio Scipi Benon. ap. Caligul.  
de Bazalieriis. 1499. fol. — de Fin. B. et  
M. libri V. Parisi. apud Franc. Gryph. et ad  
calcem Paris. excud. Io. Lodoic. Tiletanus.  
1542. 4. — cum scholiis Petri Ioan. Oli-  
vavii, Valentini, Coloniae. 8. f. s. cum in-  
signi, simili illi, quo vtebatur Gymnicus.  
Olivatii dedicatio scripta est Lutetiae. 1536. —  
Obseruatt. Gul. Morelii Tilliani in Cic. li-  
bros V. de fin. B. et M. commentarius, Pa-  
ris. ap. Io. Lodoic. Tiletan. 1546. 4. Illae  
Morelii Obseruatt. in Pithoeannis tribuuntur Adr.  
Turnebo. v. *Maitt.* III, 391.

*Ad pag. 152. lin. 5.*

— iterum. Cantabrig. 1741. 8. quae ele-  
gans et correcta habetur editio. — de fini-  
bus B. et M. Glasguae typis Foulis. 1748 et  
1783, 8.

*Cicer*

Ciceron zu Brutus über das höchste Gut und über das höchste Uebel, nebst dessen Paradoxen, aus dem Latein. übersetzt und mit einigen Anerkennungen begleitet von M. C. G. Tilling. Bresl. 1789. 8. *Parum probatur versio a censoribus in A. L. Z. 1789.* in. Nou. pl. 352. et in *Tubing. ephemer. litter. a. 1791.* pl. 9. — *Anglice vertit Samuel Parker cum praef. Ier. Collier et Honr. Dodwell apologia philosophicorum Ciceronis operum.* Londini 1703. 8. — tum a *Gul. Guthrie* in: *The Morals of Cicero. Containing 1) His Conferences de Finibus. — — 2) His Academics etc.* Londini 1744. 8.

*Ad pag. 152. lin. 9.*

*Tasc. quaest. fol. sine l. et a.* (Paris. in Sorbona circa 1470.) *Reviczky* in Suppl. ad suum catal. pag. 3. — Venet. per Nic. Ienson. 1472. mai. 4. (v. *Fossi* cat. etc. I. pag. 545 sq.) — Venetiis per Phil. Condam Petri. 1479. fol. et 1480. fol. — Paris. per Vlr. Gering, Mart. Cranz, Mich. Friburg. s. a. fol.

*Cum comment. anonymi,* Venet. opera et impensa Io. de Forliuio et soc. 1482. fol. Exemplum ipse habeo. — ib. 1491. fol. — ap. Io. de Tridino, 1494. fol. — Mediol. ap. Leonh. Pachel. 1494. fol.

In bibl. lat. Fabric. Ernest. I. pag. 183. citatur edit. *Iustina* per Luc. Robian. 1496. 8.

Sed

Sed et nec in *Pontori A. T.* nec in *Bon-*  
*dini ann. typogr. Iunt.* occurrit. Contra in  
*Bond. annal. II.* pag. 28. recensentur *Tusc.*  
*quaest.* opera Phil. Iunt. Florent. 1508. 8.  
*(ctius edit, exemplum ipse habeo.)* cum  
*pref.* *Luc. Robiae*, in qua scribit, *sc* quae*st.*  
*Tusc.* *in hoc tempus seruasse*: — tum p. 72.  
*iterum* 1514. 8. — et pag. 230. ed. 1532.  
*8.* add. tom. I. p. 127. de *Luca Robia*.

Editio cum comment. *Phil. Beroaldi*, Bo-  
*noniae* 1496. fol. quam in *Introd.* II. pag.  
*118.* dubiam esse scripseroni, reuera exstat,  
*vti in praefat.* ad notit. brevior. pag. X. sq.  
*copiosius demonstrauit.* — Eadem editio  
*prodiit* s. l. 1499. fol. et *Venet.* 1500. 4. —  
*cum comment.* *Beroaldi*. *Paris.* ap. J. Petit.  
*1509.* 4. de qua edit. v. *Maittaire A. T.* II.  
*pag. 200.* not. b.

*Tusc.* *questiōn.* *M. T. Cicero*. nouissime,  
*post omnes impressiones vbique locorum ex-*  
*cussas: ad amulsim recognitae: cuactisque*  
*erroribus expurgatae etc.* In calce: „Finivit  
*Tusc.* *quest.* *M. T. C.* cum luculentissimis  
*comment.* *Phil. Beroaldi* nec non *Omniboni*  
*Vicentini* nouissime per *Lacon Olchinensem* —  
*accuratissime recognitae; cuactisque mendis*  
*expurgatae: Impressaque Venetiis — per*  
*August. de Zanis de Portofino a. M. D. XVI.*  
*(1516.)* fol. In bibli. acad. Erlangensi. —  
*Tuscul.* *quest.* libri V. praefatus est et varia  
 con-

contulit exemplaria editor. *Wolffg. Angk.*<sup>4)</sup>. Argentorati in sedib. Schurerian. 1516. 4, et in. lun. 1519. 4. — Basil. cuja Erasmi. 1523. 4. ap. Io. Froben. — ibid. per Hieron. Froben. et Nic. Episcop. 1536. 4. — cum notis Erasmi. Lugduni apud Sab. Gryphiuin. 1534. 8. — cum comment. *Omniboni Vicentini* per *Lucam Olchiniensem* ar- tium et legum professorem recognitae. Venet. per Bened. Augustinumque Rondonos. Venet. 1525. fol. ap. Maittaire in indice. — post Erasim. emendata a *Petro Bauduino Sampaulino* restituti; cuius castigationes et scho- lia seorsim excudentur. Paris. ap. Io. Roigny, excud. Io. Lodoicus. 1538. 8. v. *Maittaire* A. T. III. pag. 289. qui partem praefationis in nota a recudi fecit. — cum comit. Val- lac, Beroaldi, et Ioach. Camerarii et cum scholiis Erasmi Roterod. Iani Pagnisi et P. Manutii. Paris. apud Vascosan. 1549. 4. — per D. Erasm. Roterdamum acri iudicio re- stitutae, emendatae et scholiis — illustratae. Colon. 1556. 8. — per *Erasmus*. Londini ex offic. Jo. Kingston. 1577. 8.

*Ad pag. 152. lin. 16.*

— Tusc. disputat. libri V. Londini typ. Gtil. Bowyer. 1758. 8. — Noua recensio

<sup>4)</sup> Praefatio scripta est VI. idib. Febr. 1510. et prima editio illo anno iam prodicte videtur.

et omnino critica est edit. in qua lectio Ernestina ultra sexcenties esse mutata fertur. **M. T. Ciceron. Tuscul. disputationum libri V.** ex recensione **Frid. Aug. Wolffii**, (Prof. Halensis.) Acc. diuersitas lectionis Ernestianae. Lipsiae 1792. 8. Maior editio cum commentario 'promissa' est in praefatione: sed nondum vedit lucem.

**Anglicae versiones**, quas Brüggem. l. c. pag. 496. vberius recensuit, sunt, **Jo. Dollmanni**, Londini 1561. 8. — anonymorum, ibid. 1683. 8. — Oxon. 1714. 8. et Londini 1758. 8. — **Theotiscis add. M. T. Ciceronianische Untersuchungen** — in fünf Büchern. Mit kurzen Anmerkungen herausgegeben von **I. I. von Hüber**. Heilbronnae et Rothenb. ad Tubar. 1795. mai. 8. — **Cicero's fünfte tuskul. Untersuchung**, aus dem Latein. mit Anmerkungen eines kritischen Philosophen, in **I. Guil. Andr. Kosmann** allgem. Magazin für kritische und populaire Philosophie, tom. I. part. II. nr. 7. Bresl. 1792. 8. — **Das erste Buch der Tusculan. Reden von Cicero**, übersetzt vom Prof. Drück, in **Car. Phil. Conz** Museum für die griech. und röm. Litteratur. Tiguri et Lips. part. I. 1794. m. 8. pag. 28 — 69. et part. II. 1795. pag. 31 — 82. — **Cicero's Abhandlung über die Zulänglichkeit der Tugend zur Glückseligkeit.** Eine von dessen Tuscul. Untersuchungen (scilicet quinta disput.) verdeutscht und mit

mit Anmerkungen und Vorerinnerungen begleitet von Chr. Fr. Böhme, Lector am Gymnasio zu Altenburg: Altenburg 1797. 8.  
Acroter eget lima vefuq.

M. T. Cic. Tuscul. quaestionum aphorismi, h. c. separatae selectaque sententiae; cum explicazione Hieronymi Wölfi etc. Basileae ex offici Heruagiana; pet Euseb. Episcopium. 1580. 8.

*Richard Bentley* emendat. in M. T. C. disputat. Tusculan. Cantabrig. 1709. 8. — Noua emendatio loci cuiusdam in tertio libro tusc. quæst. cum obss. in edit. Cantabrig. in: the present State of the Republick of Letters. Octob. 1728. art. VII. et iudicium de illa emendatione; ibid. Nou. art. VII. — A Review of the Passage in Tully's first Tusculan. disp. concerning Phærecydes notion of a future State; against Mr. Warburton. By Thom. Bott, M. A. Londini 1744. 8.

Frid. Wilh. Dahl. Snell Bemerkungen über eine Stelle aus Cic. tuskulam. Untersuchungen I. B. 29. Kap. Giessae 1790. 4. — H. F. Nissen aniihaduerst. in libr. de fin. B. et M. Altonae 1791. — eiusd. cutae nosvissimæ in M. T. C. Tuscul. quæstion: ibid. 1792. 8. sed parum probantur criticis: — Car. Ludos. Richter. Recit. progr. de liberta, quam Cicero (Tusc. I. 30.) vocat; Socratis contumacia. Casselis. comment: I. 1783. — III. 1790. 4.

---

*Ad pag. 152. lin. 20.*

— De natura deorum, Regii, ap. Bazaler. de Bazaleriis. 1488 et 1495. fol. — de N. D. libri elegantiss. qui ante inscritia chalcographorum depravati, iam saeuiori ad vnguem lima expoliti et a plusculis mendis vindicati sunt. s. l. et a. (Lipsiae) fol. vid. Leich. de origine — typogr. Lips. p. 104. — de N. D. de legibus, acad. quaest., de diuinatione, de fin. B. et M. de petitione consuls, somniu[m] Scip, Venet. apud Christ. de Pensis. 1494. fol. — de N. D. de diuinat. de finibus B. et M. de petit. consul. somn. Scipionis, fragm. libri de republ. ibid. ap. Sim. Beuilaquam. 1496. fol. — de N. D. de fin. B. et M. de legibus. Bonon. apud Benedict. Hector. 1494. fol. — s. l. 1499. fol. — de N. D. Parif. ap. Sim. Colinaeum. 1533. 8. — ibid. ap. Io. Lodoicum Tiletanum. 1544. 4.

*Ad pag. 153. lin. 6.*

*M. T. C. de nat. deor. libri III.* Acced. Bouherii, Davisi et aliorum insigniores lect. varr. et coniecturae. Glasguae. exc. Rob. Foulis. 1741. 12. — Recentissima notisque eruditis instructa est editio:

*M. T. C. libri tres de N. D.* ex recensione Ernestina, et cum notis perpetuis Chr. Vitz. Kindervater, A. A. M. et pastor eccl. Pedelwicensis. Lipsiae 1796. 8. — Idem ille

V. D.

V. D. antea commentarios vberrimos in illos libros conscripscerat: *Anmerkungen und Abhandlungen philosophischen und philosophischen Inhalts über Cicero's Bücher von der Natur der Götter.* Lips. Erster Band. 1790. — II. B. 1792. m. 8. conf. Ien. A. L. Z. 1791. m. Iani. nr. 20. p. 158 sqq. et a. 1794. nr. 167. et *Salisburg.* A. L. Z. 1793. nr. 36. — In linguam *anglicam* translati sunt illi Ciceronis III. libri, Lond. 1683. 12. — cum notis et dispp. varii generis, (a *Thom. Franklin.*) Londini 1741. 8. — rec. 1775. 8.

*Facciolati* emendatt. in libr. I. de N. D. nr. 32. in *New Memoirs of Literature*, m. Mart. 1727. pag. 206 — 208. — *Xylli Betuleii* commentarii in Cic. libr. III. de N. D. et Paradoxa. Basil. apud Io. Oporin. 8. — *Germ. Aug. Ellrodtii* programm. 1) ad libr. I. cap. 33. §. vlt. Cic. de N. D. Baruthi 1735. fol. — 2) de pietatis et sanctitatis definitione, ex mente Cic. de N. D. I. 41. ibidem 1736. fol. — 3) Locus ex libro I. cap. 42. nr. 119. Cic. de N. D. illustratur. ibid. eod. anno. fol. — 4) comment. ad loca quae-dam libr. II. de Nat. Deor. 1737. fol. — 5 — 8) Obss. ad capp. XV — XVIII. libr. II. de N. D. ib. 1738 — 1739. fol. — 9) su-per quaestione, num M. T. Cic. inuenien-dae typographices occasionem dederit. ibid. 1741. fol. add. Introd. II. pag. 162.

De ed. *Tarufiana* cum epist. Hier. Bononi et Marliani indice, quam ipse habeo, et de qua multus est *Clement* loc. cit. pag. 20 sqq; haec notanda videntur; signaturam litterarum in infima folii pagina non semper esse aequalis, ita ut forma modo in 4. mai. imido in folio esse videatur: tum ante epistolam locum et an. 1480, indicari: ne quis anni notam in ultima vltimi folii pagina quaerat. — In Dictionnaire bibliograph. cit. pag. 222. nota est addita, reliquas post illam edd. saeculi XV, minoris aestimari, nec habere ac ceteras parem auctoritatem. Add. edd. *Venetae*, cum epist. *Hieronymi Bononi* *Tarufini*, et cum *Raym. Marliani* indice virium, per M. Theodor. de Regazeonibus, 1490. fol. (v. *Panzer* III. p. 290.) — et cum *Marliani* indice etc. per Phil. de Pinciiis Mantuanum. 1494. fol. (*Panzer* III. p. 359.) — Edit. Venetam *Commentaria Cæsaris*, cum epist. *Hier. Bononi* et *Marliani* indice: in cuius calce legitur: „*Impressum Venetiis sumptibus Bened. Fontana*“ 1499. fol. ipse habeo.

*Ad pag. 169. lin. 6.*

Editio a. 1508. cum commentariis *Philippi Beroaldi*, absque loci et typographi note

nota in 8. prodiisse dicitur in *Pinelli* catal.  
tom. II. pag. 61.

*Commentaria Caesaris*, recognoscente  
*Luca Robia*, Florent. opera et impensa Phil.  
Giuntac, 1508. 8. v. *Maittaire* II. p. 189.  
et *Bandin*. annal. Iuntarum typogr. II. pag.  
26 sq. — In *Introd*. II. p. 299. iam memorauit  
ed. *Venet*, 1514. fol. — Hae omessa est  
in Bibl. lat. Ernest. Fabr. I. pag. 260. sed  
ornata, aut deformata iam est, (testis Goetzio  
in mem. bibl. Dresd. I. pag. 154 sq.) figu-  
ria: postea recusa esse aut ultimum. tantum  
folium immutatum, videtur; - habet enim  
eamdem in prima pagina epigraphen, eam-  
dem *Lucas Olchinensis*, qui curauit editio-  
nein, dedicationem: in calce vero eamdem  
quidem clausulam, sed paullulum in anni  
nota mutatam, n. „impressa mira diligentia  
*Venetii per Augustin. de Zannis de Por-*  
*tefio* a. M. D. XVII. (1517.)<sup>4</sup> fol. cum  
epistola nuncupatoria *Lucas Olchinensis* ar-  
tium et legum professoris et Canopici, qui  
quidem alias dicebatur *Lucas Panetius*, (v.  
*Quirini* specimen variæ litteraturæ, quæ in  
urbis Brixia — — florebat, tom. I. p. 40.)  
in qua quidem is scribit, se collatis multis  
exemplaribus — Caesarem mendosum —  
claudum, corruptum in pristinum candorem  
deduxisse. conf. *Clement* I. c. p. 24 — 27.

Ad

*Ad pag. 169. fin. 13.*

Edit. Aldinae a. 1518. nulla fit mentio in Serie dell' edizioni Aldine. In bibl. autem lat. Fabr. Ernest. I. m. pude citatur ed. Veneta 1518. fol. in fine index Raymundi Marliani, sed formam habet in 8. atque vberius describitur, et de *Iucundo*, (*Giocondi*) plura narrantur a Goetzio in memor. bibl. Dresd. I. pag. 155 sqq. Index Marliani habet notam a. 1519. — E contrario plures ex officina Aldina prodeuntes editiones in Serie etc. recensentur, quam in Fabr. Ern. bibliotheca enumerantur: n. a. 1519. (Est quoque in catal. bibl. Pinelli, sed videant alii, annon haec edit. eadem sit, quam antea e Goetzio editam esse a. 1518. et indicem Marliani demum cum nota a. 1519. accepisse, cognouimus. Saltem inscriptio eadem est:) — cum correctionibus P. Manutii. 1559. 1561. — cum scholiis Io. Mich. Brutii. 1564. 1565. — cum eiusdem scholiis, cum locorum insignium pictura, et nominum explanatione: corrigente Aldo Manutio, Pauli F. 1566. (quam in notitia breve pag. 170, et paullo vberius in Introd. II. pag. 203 sq. indicaui.) — cum scholiis Henr. Glareani, in biblioth. Aldina. 1569. — vlla scholiorum dote non instructa, saltem non laudata, 1570. — cum scholiis Aldi Manutii, varr. lecti. et fragmentis a Fulvio Vrsino collectis, ex aedibus Manutianis, 1571.

(v.

(v. Goetzii memer. bibl. Dresd. I. p. 158.) — *Caes. commentarii* ab Aldo Manutio, Paulli F. emendati et scholiis illustrati ad D. Iac. Boncompagnum etc. 1575. — *Caes. commentaria*, 1576. — *commentarij* ab Aldo Manutio, Paulli F. emendati et scholijs illustrati, eum figg. 1588. Omnes et singulae editt. Aldinae in forma 8. excusae, quatenus inter se differant, aut num quaedam in nonnullis tantum foliis extictis nouisque, in quibus Manutius vel errores typographicos sustulit, vel alias aut quae ipsi paullo post videbantur meliores, substituit lectiones, suffectis, ita ut illa exemplaria nouam quoque in fronte inscriptionem aliquam anni notam acciperent, a semet inuicem discedant, definire nequeo. Ex ea quidein ratione, qua Manutius vti solebat, incredibilis editionum Aldinarum copia, et cur illae intra breve temporis spatium toties repetitae, interdum mutatae, videantur, intelligi potest. In editione I. *Iunctina* 1514 castigatius cura *Io. Iucundi* Veronensis euulgata, quid praestitum sit, patet ex inscriptione longa, cuius initium repetemus ex *Bandini* Annal. Iunt. typogr. part. II. pag. 61 sq.

*Commentaria Caesaris*, prius a *Iocundo* impressioni data, posterius a nobis diligentissime revisa et cum exemplaribus eiusdem collata restitutis omnibus locis — — etiam in meliorem formam redactis figuris Galliae, et

et Ponti et aliorum locorum — — — Platura totius Galliae — etc. Florentiae 1514.  
 8. Add. *Bandin.* annal. tom. I. p. 105. de *locando Veronensi*, ac part. II. pag. 162. de edit. *Iuntina* per hered. Philippi Iuntae, 1520.  
 8. — Editionis *Iuntinae* a. 1510. 8. quatinus adfert *Maittaire* II. pag. 217. non meminit *Bandin.* — Denique ed. 1523. 8. apud Iuntas notitiam unde hausetit Fabric. aut Ernest. i. c. equidem ignoro. Illius quidem mentio neque a Bandino fit neque a Maittario. — Aliae edd. enumerantur in bibl. lat. Fabr. Ernest. — De edit. *Vascofan*, Paris. 1543. fol. oppido rara ego in Introd. II. p. 202. quaedam notaui: plura autem *Clement* i. c. pag. 26 sqq. obseruuit et in nota aliarum iniecit mentionem edd. rariotum. — *Ces.* commentar. de B. G. libri VIII. Lutet. apud. *Vascofan*. 1550. (alia exemplaria habent notam anni 1551. 4.)

*Ad pag. 169. lin. 18.*

Loco a. 1528 scribendus erit *annus* 1538. de qua edit. et de *Glareano* (sive *Lorito*) multus est *Freytag* in adparatu litt. I. pag. 448. (quem iam laudaui in Introd. II. pag. 201.) Constat autem illa editio duabus partibus: prior enim, inscripta, *Commentarium Caesaris elenchus. De R. G. libri IIX.* etc. continet Caesaris commentarios cum pictura et indice locorum urbiumque etc. ex Henr.

**Henr. Glareani castigatione:** altera pars peculiarem habet inscriptionem: *In C. Iulii Caesaris — commentarios — Henr. Glareani — annotationes —*. Friburgi Brisgoze. g. in calce: per Ioan. Fabrum Emmelium, Iuliacen. M. D. XXXVIII. (1538.) Epistola dedicatoria, adnotationibus praemissa, scripta quoque est Friburgi Brisgoae 1538. Atque hanc editionem illius anni primam esse editionem, Glareani adnotata instructam, censet Freytag. Prior autem pars incognita fuit Fabricio: hinc illius editione omissa, quoniam alteram partem, quae singulare in prefixum habet titulum, tantum viderit, huius tantummodo partis, textu Caesaris quasi destitutae, mentionem iniciens, Glareani, ait, notae separatim prodierunt Friburgi Brisg.

1538. 8.

**Editio Caesaris, Paris.** ap. Franc. Gryph. 1539. 8. rarioribus libris adnumeratur.

*Gryphianis* in bibl. lat. Fabr. nominatis add. *Iul. Caesaris* commentarii, Lugd. apud Gryphiuin 1551. 8. cum figg. — De ed. Francof. impensis Iac. Stradae 1575 et 1589. fol. multus est *Clement* l. cit. pag. 28 sqq. add. quae scripsi in Introd. II. p. 205 sq. — Basis illius editionis fuit editio *Caesaris* — cum scholiis *Franc. Hottomanni*, Iurisc. *Ful. Vrsini*, Romani, *Aldi Manutii*, P. F. Lughduni ap. Barth. Vincentium. 1574. fol. et 8. v. Introd. II. p. 205. et *Clement* l. c. p. 31.

*Ad*

*Ad pag. 170. lin. 8.*

Aldinae ed. a. 1566. repetitio, sed emendatior et auctior esse videtur sequens:

*C. Iul. Caesaris commentariorum* de R. G. libri VII. et ciuiti libri III. Nunc primum varijs in margine lectionibus illustrati, tum vero doctiss. annotati. et aliquot Vrsini emendationibus locupletati. Eiusdem librorum, qui desiderantur, fragmenta. Lügduni ap. Caiil. Rouillium 1574. 8. cum epistolis nuncupatoriis. Vrsini et Peulli Manutii. (Vrsinus vero in epistola ad Fabium Farnesium Romae 1569 scripta et ed. 1570 praefixa, ait, se cod. sexcentis fere abhinc annis instum optimum contulisse, et ex eo eruisse correctiones.) In fine post pag. 524. emendationes positae sunt e cod. Carrariensi, edit. Gryphii Lugdunensi, Florent. Parisiensi Rob. Stephani et aliis libris.

*C. Iulii Caesaris commentarii*, nouis emendationibus. Londini apud Arnold. Hatfield et Nin. Newton. 1585. min. forma. v. Brüggemann View of the English Editions etc. pag. 515.

*Ad pag. 171. lin. 1.*

De edit. Jungermannii egi in Introd. et plura, praesertim de commentariis aliorum repetitis, quorum alter alterum in parte secunda excipit; adnotauit Clement i. c. pag. 32 sqq. curateque significauit, unde singulos

commentarios acceperit Iungerha. aut sum-  
fecit mutuos.

*C. Iulii Caesaris* commentarii notis emen-  
dationibus illustrati. Eiusdem librorum, qui  
desiderantur, fragmenta. Ex bibliotheca  
*Fulvii Vrfini Romani*, Antwerp. ap. viduam  
et heredes Petri Belleri. MDCIX. (1609.)  
8. Repetitio editionis ap. Plantin. a. 1570.  
esse videtur. In calce etiam adduntur *Bruti*  
scholia s. V. L. ex cōd. Carrar. et bonis edd.  
in ed. Ald. a. 1566. 8. collectae. — *Caes.*  
commentarii cum notis variorum ab *Arn.*  
*Montano*, typis Elzevir. Lugd. B. 1651. 8. —  
Amstelod. 1661. 8. et 1670. 8. v. *Pinelli*  
catal. II. pag. 62 sq.

*Ad pag. 171. līn. 5.*

*C. I. Caesaris* commentarii cum inter-  
pretatione et notis *Io. Godouini* ad usum se-  
ren. Delphini. Lutetiae Paris. 1678. 4. —  
rec. Londini 1693. 1697. 1706. 1731.  
1745. 1763. 1770. 1778. 1788. 8. — ex  
ed. *Ios. Scaligeri*. Francof. et Lips. 1706. 8.

*Ad pag. 171. līn. 9.*

*Nec tam. — corrigere nec tamen.*

*C. I. Caesaris* quas extant cum indice  
locupletissimo, ex recensione T. P. A. M.  
Londini, typis T. M. impensis Th. New-  
borough etc. 1706. 8. — rec. Londini  
1719. 12.

*Ad*

*Ad pag. 171. lin. 26.*

De editione illa maiore typis Iac. Tonsoni v. Brüggemann View etc. pag. 516. et act. erid. Lips. 1714. pag. 46 sqq. Atque cel. Morelli in nota ad Pinelli catal. II. pag. 63: editionis, ait, splendidissimae exemplar, (quod fuit in biblioth. Pinell.) integerrimum atque adeo tabulas LXXXVII. aere expressas continens, quas inesse eidein opörtet. Has inter quadragesimam secundam, quae pag. 135: exstat et Vrum exhibet, ipsa quoque optime conseruata est. Illius autem tab. 42. inptis mis habenda est ratio. Cette planche, ait auctor Dictionnaire bibliogr. I. pag. 223.) par sa gravure est singulièrement estimée des Connoisseurs, et les exemplaires, où elle manqueroit, ou quelqu'une des autres, perdroient beaucoup de leur valeur. Goetz quidem in Memor. bibl. Dresd. I. pag. 160: arbitratur, plurimas tabulas potuisse abesse, eoque immane pretium diminui, quod plurimae illarum iam reperiantur in italica Caesaris commentar. versione a Palladio facta, (Venetiis 1575. 4.) in gallica versione, qua Ludouico XIV. tribui solet, in Lazio de migrationibus populorum et in Cluverii Germania antiqua. Sed in hac editione illae tam sunt bene coniunctae, quam splendore vincunt superiores. Quare Clarkii consilium, operaque bene defetiditur a Clement. I. cit. qui pag. 33 sqq. copiote describit magnificam

illam editionem. — Minor Clarkii editio cum eiusdem annotationibus, sine iconibus recusa est Londini 1739. 1753. 1771. 1778. 8. — Nitida Mich. Maittairii editio prodiit Londini ex offic. Iac. Tonson et Io. Watts. 1716. 12. — ibid. ex offic. J. et R. Tonson. 1736. 1749. 1759. 1772. 1777. et 1784. 12.

*Ad pag. 172. fin. 3.*

Alteram, quae dieitur, edit. Graecianam inscio Graecio, a bibliopolis esse curatam, vel cognosci poterit ex praefatione. — De Albritii editione, cum italica versione, & MS. cod. ad hodiernum stylum accommodata etc. vide Paitoni bibliot. degli Autori — volgarizzati, tom. I. pag. 218. Caret illa anni nota secundum aeram vulgarem; contra in fronte scriptum est: — — *notis tam variorum — tum suis; altero tomo reperiens auxit Hermolaus Albritius, uniuersalis litter. societatis Albritianae conditor, sereniss. reipubl. Venetae D. D. D. et aere eiusdem Societatis.* Anno autem XII. Superiorum privilegio. — Hunc annum respondere a. C. 1737. scribit Paitoni; ad annum autem C. 1736. refert Hainberger. Alterum vero tonum nondum prelo exiisse, dolet Paitoni.

*C. I. Casf. commentarii de B. G. et C.*  
*Edinburgi 1739. 1771. 12.*

*Ad*

*Ad pag. 172. l. 13.*

*Editio Bentleiana inscripta est: C. Iul. Caes. de bello gallico et ciuitate nec non A. Hist. aliorumque de bellis Alexandrino, Africano et Hispaniensi, commentarii. Notas et animadu. addidit Thom. Bentleius. Accessere conjecturae et emendationes Jacob. Jurini. Londini, sumt. Guil. Innys et Rich. Manby. 1743. vid. Act. Erud. Lips. 1745. pag. 496 sqq. — Caes. de B. G. et C. commentarii. Londinii 1772. 12. — C. I. Caes. commentarii, a Fr. Oudendorpio. Lugd. Bat. 1773. 8. v. Pinelli cat. II. p. 65. — Caes. commentaria iuxta edit. Oudendorpii, cum tabb. geograph. Oxon. e typogr. Clarendon. 1780. 8.*

*Iul. Caes. opp. omnia. Londini, typis Iakson. 1790. 8. II. voll. ap. Payne. Nitida haec est correctaque editio. Priori tomō, qui comprehendit libros de B. G., additi sunt nomenclator geographicus, Scaligeri notitia gallica, Clarkii index nationum, oppidorum etc. Caesaris fragmēta et Dodwelli comment. de auctore supplementorum una cum tabulis geographicis etc. Volumini secundo, complectenti bella ciuile, alexandrinum, africanum et hispan. adiecta est tabula geographicā veterum Hispaniarum et index rerum. — C. I. Caes. opera edidit I. Hammer. Londini. 1790. 8.*

*C. Iul. Caesaris* commentarii et supplementum incerti auctoris de B. G. ex recensione Franc. Oudendorpii, in usum scholium edit. curauit *Phil. Ludov. Haas.* Prof. et praef. Gymn. Mogontiaci. Moguntiae 1783. 8. Notae sunt usui pubis scholasticæ destinatae. — *C. I. Caes.* commentaria de B. G. cum versione anglica, in usum scholarum, per *Johnson Tavers.* Londini 1755. 1768. 1786. 8. — de B. G. primi quatuor. libri commentariorum ex — *Fr. Oudendorpii* edit. expressi: cum versione anglica notisque *I. Mair.* Editio Vta. Edinburg. 1777. 12. v. *Brüggemann View* etc. pag. 521.

*Ad pag. 172. lin. 20,*

*C. I. Caes.* de B. G. et C. nec non aliquum de bello alexandrino, africano et hispan. comment. Ad exemplar Oudendorpii recendum curauit, indicem historicum et geographicum adiecit et vitam Caesaris a Suetonio conscriptam praemisit *M. Io. Christian. Frid. Wetzel,* Lycei Primislau. Rector. Varsoviae 1797. m. 8. Huius ed. venustae atque correctae basis est ed. Oudendorpiana, ita tamen, ut hinc inde in textum admittantur lectiones meliores, a Moro iuri potis olim probatae.

*C. I. Caes.* Opera: editionem curauit *J. G. Hutten,* scholæ Anatol. Tubing. Rector. Tubin-

Tubingae 1797. 8. sine nota. Est quodammodo noua et eclecticā recessio, cuius basis est edit. Oudendorpi et Mon.

*Excerpta historica ex C. Iulio Caesaris, T. Liuio et Corn. Tacito, in usum scholarum.* Londini 1790. 13.

*Ad pag. 175. sect. 6.*

*Caesar Augustus* siue historiae imperatorum Caesarumque roman. ex antiquis numinis statibus restitutae. Acc. Caesaris Augusti vita et res gestae. Huberto Goltzio. — auctore et sculptore. Brügis Flandror. 1574. folio.

The Life and Death of C. J. Caesar, by Mr. Clarke. Londin. 1665. 4.

C. I. Caesar Dictator perpetuus sub exemplo mutatae reipubl. descriptus a Georgio Schubarto, Prof. Jen. disput. respond. I. Vir. Weyenmaier. Jenae 1681. 4. — Praef. Christoph. Cellario, disput. resp. Io. Henr. Reussen, s. distribe. historica C. I. Caesaris aduersus Ariouustum regem aliasque Germanos gesta bella explicans. Halle Magdeba. 1702. 4. — rec. ib. 1710. 4.

An Enquiry into the Merit of Assasination, with a View to the Character of Caesar. Londin. 1738. 8.

Thom. Blackwell, The Character of Jul. Caesar, in Memoirs of the Court of Augustus. Edinburgh 1756. 4. II. voll. — The

**Life of C. J. Caesar** — by **Charles Coote, L. L. D.** London. 1795. 12.

**Storia della vita di Cajo Giulio Cesare da Giuseppe Maria Seconda.** Neapoli 1776. 2. IV. voll.

1 Critice atque historice, praeter illos, quae in Notitia breviore et Introduct. laudaui, Caesaris commentarios illustrarunt plures.

A Discourse tending to prove at what Time and Place Jul. Caesar made his first Descent upon Britain by *Edmund Halley* in Philosophical Transactions, vol. XVII. an. 1693. nr. 193. pag. 495 sqq. et in the philosophical Transactions and Collections to the End of the year 1700. abridg'd by *John Lowthorp*. London. 1705. 4. vol. III.

1) *Jul. Caes. portus Iccius illustratus*, sive 2) *Gul. Sommeyi ad Chisleti librum de portu Iccio responsio*, nunc primum e msto edita. 3) *Caroli du Fresne* dissert. de portu Iccio. Tractatum utrumque latine vertit, et noua diss. auxit *Edmund Gibson*. Oxon. e theatro Sheldon. 1694. 8. — conf. Supplem. Act. erud. tom. II. 1696. p. 491. — *Sam. Gals* Diss. on Caesar's Passage over the Thames; in Archaeologia etc. ed. II. vol. I. Londini 1779. 4. nr. XL. pag. 184 — 190. — *Daines Barrington* Obsl. on Caesar's Invasion of Britain; and more particularly his Passage across the Thames etc. in Archaeologia etc. Londini 1773. 4. vol. II. n. XXII.

pag.

pag. 134 — 158. et pr. XXIII. pag. 159 — 168. et de antiquo portu Iccio etc. ibid. Lond. 1792. 4. vol. X. — *John Horsley* de exped. Caes. britannica, in eius Britannia romana, Lond. 1732. fol. lib. I. p. 1 — 17. v. *Brüggemann* pag. 525 sqq., et conf. *Conr. Mannerz* Geographie der Griechen und Römer. part. II. fasc. II. Noriberg. 1795. 8. pag. 27 sqq. de Caesaris expeditione britannica et de portu Iccio. Alios de expeditione illa Caesaris Britannica, et de interitu ac percussoribus libros, ab Anglis VV. DD. conscriptos, memorat *Brüggeman*. View etc. pag. 523 sqq.

*Clement. Edmonds* obseruatt. (v. Introd. II. p. 215.) constant tribus veluti partibus. Prima pars continet obseruationes in V. priores libr. de B. G. Londini 1600. fol. — altera pars obss. in libr. VI. et VII. ibid. 1600. fol. — tertia obss. in libros III. de B. C. 1609. fol. — recusae sunt et auct. obss. in *Hirtii* omm. etc. Lond. 1677. fol. v. *Brüggemann* pag. 519.

Coniecturae in quedam capp. commentariorum in Memor. Trepulta et anglice versae in Memoirs of Literature for August. 1713. vol. III. pag. 233 — 238. — *Caesar* emendatus a *Io. Taylor* in Lectionibus Lysiatis, praefixis edit. Lysiæ Taylorianæ, cap. IV. et a *Ior. Markland* ad calcem Euripidis trag. *Supplices mulieres*, Lond. 1763. 4. —

M. Io. Rodolphi Schnell specimen obserua-  
tionum (criticarum sagacium, partim auda-  
cium) in C. I. Caesaris comment. Basileae  
1789. 4.

De Caesare abiecta sentit de Wernery  
in Mélanges de Remarques surtout sur Cé-  
sar et autres Auteurs militaires, anciens et  
modernes. Dresdae 1782. 8. sed Caesar  
bene docteque defenditur itemque de re mi-  
litari Romanorum scite disputatur a Iac. Frid.  
Rosch (centurione Württemberg.) in: Com-  
mentar über die Commentarien des Caesar,  
als eine Beantwortung der Remarques sur  
César des Herrn Generalmajor von W.  
(Wernery); nebst Beyträgen zur römischen  
Taktik. Halae Sax. 1783. mai. 8. — Phil.  
Lud. Haas. progr. Caesars Krieg mit dem  
Germanier-König Ariovist, kritisch betrach-  
tet und erläutert. Mogunt. 1790. 8. Fidem  
Caesaris in ipsius commentariis valde op-  
pugnat; et vanitatem, ambitionem atque in-  
justitiam eius valde culpat. Persequitur ergo  
illius belli cum Ariouisto historiam caussas,  
que belli; et comparat narrationem Dionis  
Cassii magis fidi, ac Floti, hominis quidem  
ventosí, sed tamen minus callidi nec partium  
ideo cupidi. — Paucos alios refert libros  
cel. Meuselius in biblioth. histor. vol. IV.  
part. I. pag. 258 sqq. Idem nonnullas enu-  
merat versiones; neque vero ego hic. volo  
plurimatim, nedium omnium, versionum

con-

conteneret catalogum. *Germanicas* recenset  
 cl. *Degen* in: *Versuch einer vollständigen  
 Litteratur der deutschen Uebersetzungen der  
 Römer*, part. I. pag. 25 sqq. *Griemingeri*  
 (Argepor. 1508. fol.) et quorundam aliquo-  
 rum, *Clement* in *Biblioth. curieuse* etc. II.  
 pag. 36 sq. — *Anglicas* cl. *Brüggemann* in  
*View* etc. pag. 518 sqq. — *Italicas*, *Paitoni*  
 l. c. I. pag. 210 — 219. atque *Clement* l. c.  
 pag. 38 sqq. — *Versionum*, in sermone  
 franco-gallico confectarum, est antiquissima;  
*Commentaires de César*, translatos par *Ra-  
 bert Gaguin*, 1488. fol. v. *Maittaire A. T.*  
 IV. pag. 495. qui in indice pag. 220. etiam  
 memorat *Commentaires de César*, par  
*Eustigne de Laigne dit Beauvais*. Paris. 1546.  
 12. — De recentissima Comitis *Turpin de  
 Crissé*, quam in Notitia laudaui, haec sunt  
 adhuc obseruanda. Textus latinus descrip-  
 tus est ex edit. Clark. 1712. fol. versio au-  
 tem gallica parentem quidem habet de *Wailly*,  
 sed est emendata et hinc inde mutata. Ta-  
 bulae aeri incisae ad commentarium illustran-  
 dum sunt XL in mai. folio, ex Clarkiano  
 quidem exempla repetitae, sed ita, ut quae-  
 dam omittentur, alias adderentur, multas  
 corrigerentur atque narrationi Caesarianas  
 redderentur aptiores. *Turpini*, ducis ipsius  
 periti, commentarius est fructus XL anno-  
 rum et XVII. stipendiorum. Idem *Turpi-*  
*nus* *Cæsarem* defendit contra *Warnerium*;  
 neque

neque tamquam reticet Caesaris vita. Sui autem laboris eum habuit scopum, ut patris sue bonos prudentesque belli duces formaret, eorumque studia acueret ad patriae honorem bellique gloriam.

De versionibus *hispanis* anonymi, Alcal. 1529. fol. — *Petri Garzias*, Toled. 1570. 8. atque *Diego Lopez de Toledo*, Ms. drit. 1621. 4. v. Clement L. c. p. 37. sq.

*Belgicas Ia. Renacci*, Delphis 1614. 8. et ex recenti interpret. *Atr. Bogaert*, Amsteld. 1709. 8. II. voll. refert *Habr. B. L. I.* pag. 267.

*Ad pag. 174. sect. 7.*

*Schurzfleisch* in anal. styli 7, 3. „liber, inquit, de bello hispanicō *Hirtio* tribui sollet, *Hirtii* non est, et a prisca Romanorum eloquentia multum recedit. *Hirtii* autem veri libri de bello Alexandrino et Africano satis elegantes sunt et stili ordinisque causa proxime a Iulio Caesare recte leguntur.“

Addatur *Q. Cornificius*, Ciceronis in auguratu collega, sed illo paullo senior, (v. *Cic.* ad diuers. ep. 23. sect. 6. libr. XII. in quo libro multae exstant epistolae Ciceronis ad Cornificium, Africæ tum praefectum: vide interpret. ad epist. 17. et *Ernesti* clau. Ciceron. in indice histor. p. 142.) A *Quintiliano* I. O. IX. 2, 27. item, (forsitan ex Quintiliano,) *Iulio Rufiniano* p. 219. in *Ruhnkes*. ed.

ed. Rutilii Lupi citatur in figura *Parrhesia*, quam Cornificius vocasset *licentiam*, qui locus est ad Herennium IV. 36. atque multi VV. DD. existiment, libros, qui inscribuntur ad *Herennium*, auctorem habuisse Cornificium. v. *Burmann*. praefat. ad Ciceronis (vel incerti auctoris) *rhetoricor.* ad *Herennium* libr. IV. et de *inuentione* libr. II. pag. XIV. sqq. ubi Regii, Ascensii, Petri Criniti aliorumque recenset examinatque iudicia. Cornificium quidem de arte oratoria, cuius in primis erat studiosus, scripsisse, tradit *Quintilian*. I. O. III. 1, 21. ubi vid. notam Spaldingii. Atque *Cornificius* saepius a Quintiliano laudatur, ut libr. V. 10, 3. libr. IX. 3, 71 et 91 ac 98. Ex eodem libro IX, 3, 89. cognoscimus, Cornificium proprio libro operi *de figuris* dedicasse.

*Ad pag. 176. ad notam.*

C. Catellianus Cotta libell. *de viris illustribus ex sententia Hermolai Barbari et Iani*, edidit multis in locis castigatum sub titulo *Cornelii Nepotis*, et in dedicatione differit de libelli auctore. v. *Saxii histor. typograph. literar. Mediolan.* col. 427 sq. et not. a. ad pag. 548.

*Ad pag. 177. lin. 2.*

Post voc. *Corneli* adde: *de viris illustribus.*

*Corn.*

*Corn. Nepotis* vitam T. Pomponii Attici  
f. l. et a. fol. ex *Denisi* supplem. p. 624.  
refert *Panzar A.* T. IIII. pag. 165. et ibid.  
ex *Laire* ind. II. pag. 144. *Corn. Nep.* —  
accuratius examinatum ae cum Dominici  
Machanei commentariis differentibus figuris  
infigitum. f. l. et a. 4.

*Aemilii Probi* historici excellentium im-  
peratorum. Venet. f. a. per Bernard. Vene-  
tum: in 4. Ultimum locum obtinet *Cato-*  
*nir* vita, ad cuius finem legitur: *Aem. Probi*  
*de virorum illustrium vita. Finis.* v. *Braun*  
notitiant — de libris — in bibl. monasterii  
ad Vdalric. et Afram Augustac. II. p. 42.

*Corn. Nepotis* vita T. Pomponii Attici  
exstat cum epistolis *Ciceronis* ad Brutum etc.  
sine notis typograph. et Venet. 1470. tum  
cum vitis *Plutarchi* (Romae 1470. ser. Fol.  
suis.) Venet. 1478 et 1491. et Cornelius  
Nepos velut Plutarchi interpres indicatur.  
v. *Fossi* catal. bibl. Magliabech. I. col. 575.  
et III. col. 63. adde *Fabr. B. Gr.* vol. V.  
p. 291. et *Indroduct. meam* I. pag. 384.

### *Ad pag. 177. lin. 20.*

Longolii editio plena est, nec desinit in  
*Timoleonte*: huic vero tamquam pars conti-  
nuo adhaeret libell. de Regibus. Tuin se-  
quitur vita Hamilcaris et reliquorum. At-  
tici autem vitae subiuncta est *Simp. Grignaei*  
comment. de utilitate legendae historiae. —

*Vitas*

*Vitae illustrium virorum, auctoriibus Aemilia Probo, C. Plinio Secundo, Suetonio, Petrarcha etc. cum commentariis varior. collectore Herm. Wittekindo.* Basili. 1563. fol.

*Ad pag. 178. lin. 1.*

Nun̄ ed. *Lambin.* a. 1560 reuera prelo exierit; adfirmare non ausim. Equidem a *Fabricio* in *B. L.* I. pag. 104. an. 1568. a *Maittario* in *A. T.* III. pag. 747. et in *Pinnelli* catal. II. pag. 83. (vbi plures Cornelii Nep. edit. occurunt,) *Thott.* cat. IV. pag. 110. et alibi a. 1569 designatum reperi. — In *Menkenii* catal. I. pag. 182. memoratur edit. cum *Dion. Lambini* et aliorum communis et adnotat. Francof. 1608. fol.

*Corn. Nep.* ex emendat. *Lambini* edit.  
*Nath. Chytraei.* Francof. 1577. 4.

*Ad pag. 178. lin. penult.*

Ne quis offendatur voc. *Lipsiae*, quando ab aliis, *Ienae* prodiisse illam edit. relatum legerit: tenendum est, redemptorem operis vixisse *Lipsiae*; librum autem *Ienae* typis expressum. Vide, quae scripsi in *Introduct.* l. c. pag. 377.

Editionibus ibi memoratis addi possunt:  
*Abrah. Sculteti*, rector. quondam scholae Lübben., edit. lat. cum eius interpret. germ. Noriberg. 1662. 8. de qua v. *critische Beyträge* part. I. pag. 19. et der Deutschen Gesellschaft

fellschaft in Leipzig Nachrichten, part. I. p. 331. vbi Buchneri epistola ad histor. L. germ. et versionum facit. *Corn. Nep. vitae* etc. cum notis variorum. Lugd. Bat. apud Hack. 1675. 8. — ex edit. *Andr. Reyheri*, Gothaec 1659. 8. — *Christiani Gruenbergii*. Francof. ad Viadr. 1697. 1709. 8. — *Ioach. Henningii*. Hauniae 1697. 8. — *Rutgeri Hermannidae*. Londini 1688. 12. — *Courtini* ed. in usum Delphini; (v. *Introduct.* I. p. 379.) rec. est Londini 1729. 1773. 1780. 1786. 8. — ex ed. in usum Delphini, Paris. Barbou. 1726. 4. — *Vitae excellentium imperatorum*. Londini 1710. 1724. 1741. 1756. 1764. 12. et 1763. 18. — Edit. a *Vulpis fratribus* ap. *Comin. Patauii* 1721. 1727. 1733. 8. — cum notis varior. Lugd. Bat. 1728. 8. — cum notis *Dau. Hoog. Stratani*, ed. II. Amstel. 1739. 8. — in cat. Menken. Secundum notitiam litter. in edit. Bipont. antea Amstel. 1691. 1706. 12. — *Corn. Nep. Miltiades* cum comm. *Io. Rau*, Sorae 1641. 4. — *Themistocles* cum comment. *Casp. Lili*. Lipsiae 1652. 4. — *Corn. Nep. Agesilaus princeps*, pace belloque bonus, cum breui expositione *I. H. Boscleri*. Argent. 1644. 4.

*Ad pag. 179. lin. 13.*

Stauer. notae ad mitorem edit. sunt potissimum argumenti historici. — Ex ed. (vt

(ut in fronte dicitur,) emaculatissima Aug.  
van Staver. emendatae. Acced. fragmenta,  
olim Schotti studio collecta, postea emendata  
et subinde aucta ab *Andrea Bosio*. Glasguae  
exc. Rob. Foulis. 1744. 8; et 12. — lat.  
cum versione anglica, notis et indice, cu-  
rante *Io. Clarke*. Lond. 1722. 1726. 1730.  
1732. 1734. 1738. 1748. 1754. 1761.  
1771. 1773. 1784. 8. — lat. cum ver-  
sione *Arrol*. Edinburgh 1744. 8. — A Brüg-  
gemanno in View etc. pag. 479. ita citatur  
editio quaedam usui scholarum, in primis  
britannicarum; voice parata; cuius initium  
hic posemus: *Cornelii Nepotis vitae excel-  
lentium imperatorum. Or, Cornelius No-  
pot's Lives of the excellent Commanders,  
with the following Improvements etc. By  
John Stirling, D. D. London, Baldwin.*  
1767. 8. — cum notis utilibus *Hausii*, Mo-  
gunt. 1785. 8. — cum adnotationibus *M.  
Sim. Fr. Wursteri*, pueris scriptis. Ulmae  
1791. 8. — edit. *Sandvigi*. Hauniae 1776.  
8. — Editio *A. Ch. Meinecke* cum brevibus  
notis grammaticis et historicis pueris scrip-  
tis. Leingou. 1793. 8. haud mites nacta est  
censores in Salisburg. actis litter. a. 1793.  
plag. 21. pag. 337 sqq. et in Jen. A. L. Z.  
in Dec. a. 1793. nr. 348. Multo melio-  
res sunt editi. *Car. Henr. Tzschuckii*, Con-  
rectoris scholae Misnensis, et *I. H. Bremi*.

T

Prior

Prior \*) edidit *Corn. Nep. vitas excellentium imperat.* in usum scholarum, additis notis, (doctis eruditissime tam criticis quam exegeticis,) ex rec. Aug. van Steveren. Lipsiae 1791. 12. — Posterior autem cum notis germana. Tiguri 1796. 8. — Pubi scholasticae utilis esse potest et cum primis ob indicem gratia trit ed. Cothen. 1796. 8.

*Ad pag. 180. lin. 25.*

*Bergsträfferi* versio commoda recensita est emendatius Francof. 1789. 8. et tunc propter praefationem de Nepotis virtutibus, sum propter subiectas notas est commendanda. — *Epaminondas.* Nach der lateinischen Klassik des Nepos, von Sam. Goitlob. Frid. Haas. Oettingae 1776. 8. — De reliquis versionibus germanicis v. cl. Degen l. c. sect. II. pag. 128 sqq. — *Vitas verterunt Danice Hass I. Daberg,* Hauniæ 1669 et 1670. 8. — *Suecice,* Io. Bäkstrom, Holmiae 1730. 8. — *Anglice,* Matt. Hale, cum anotatt. Londini 1677. 8. — *Thom. Creech, Andr. Alton et alii,*

\*) In praefat. pag. XVI. illi videtur quidem *Cosp. Barthii* sententia, Nepotem esse auctorem, ab Aemilio tamen Probo pleraque mutata, et vel alia intexta, alia omissa et contracta fuisse, veri aliquam speciem habere; at, *vitas*, ab eodem Aem. Probo in compendium esse redactas iure Tschuckë censet, *vix esse credibile.*

alii, Oxon. 1684. 12. rec. Londini 1685.  
 1712. 1713. 1723. 1726. 12. — vita  
 Attici, *Rich. Pack.* Lond. 1719. 8. — vi-  
 tas Attici, Miltiadis et Cimonis. *Richardson*  
*Pack.* ibid. 1735. 8. v. *Brüggem.* View etc.  
 pag. 478 sq. Add. The Life and Death of  
 Pomponius Atticus written by his Contem-  
 porary and Acquaintance *Corn. Nepos*, trans-  
 lated out of his Fragments. Lond. 1677. 8.  
 v. *Menkenii* cat. I. p. 236. — Italice, Emi-  
 lio Probo etc. per *Remigio Fiorentino*, Ve-  
 net. 1550. 8. — Cornelio Nipote etc. per  
 eundem; acc. vitae Catonis et Pomponii  
 Attici. Veronae 1732. 8. rec. Venet. 1740.  
 8. — lat. cum versione italica emend. Ve-  
 net. 1750. 12. — in linguam toscanam, cum  
 notis, per *Alex. M. Bandierati* Venet. 1743.  
 8. v. *Paitoni* bibliot. degli autori — vola-  
 garizzati. tom. II. pag. 262 sq. — Gaffice,  
 Bern. Girard. Patil. 1568. 4. Ant. le Gras,  
 Paris. 1729. 12. cum textu latino et notis  
 per le Gras. Paris. 1757. 12. ap. Brocas et  
 Barbou. etc. v. *Fabr. B. L.* I. pag. 107 sq.  
 ubi etiam versiones, in alias linguis factae,  
 memorantur.

Ad pag. 181. lin. 22.

Attamen cl. Schmieder, in: *Lexicon über  
 den Cornel. Nepos*, (de quo libro paullo post  
 plura dicemus,) primum in praefat. omnem  
 operam collocat in defendenda antiqua opi-

T 2 nione

nione atque consuetudine, initium linguae latinae discendae a lectione atque interpretatione Cornelii Nepotis capessendi; qua quidem in re me necdum habet omnino consentientem. Idem excusat quae minus recte atque a Cornelio Nepote scripta videantur, eo, quod is non laudem historici perfecti, qui singula critice exacteque persequeretur, venatus fuerit; neque eruditis, sed iis tantum scripsit, qui aliqualem rerum domi militiaque gestarum maxime memorabilium scientiam ex libro quodam eleganter amoenaque copscripto haurire cuperent, haud admodum curiosi, num cuncta recte vereque fuerint exposita. Ipse cl. Schmieder multa, quae vel a veritate historica, vel a recta scribendi ratione aberrare viderentur, et in præfatione et vero passim in notis adnotauit. Quae licet speciose ingenioseque prolatum ad laudem aut excusationem Cornelii Nepotis, iustumque vulgaris disciplinae motisque scholastici commendationem omnino valeant, et num omnia, quae culpauit, prissimae latinitatis regulae, usui præceptisque repugnant, equidem me subdubitare profiteor. Tum pag. 100 sqq. consilium, quod Nepos in concinando opusculo habuerit, ut breuem descriptionem seu synopsis rerum publicarum tum maxime memorabilium in brevibus vitis s. biographiis conficeret, acute quidem exposuit, sciteque exornauit; nec vero

vero a mea me pristina sententia plane abduxit. Sed suum cuique placere solet: aliis igitur viris doctis relinquam judicium. — De Corn. Nepote, vero vitarum auctore, eius consilio, aliaque, quae ad illius defensionem aut intelligentiam pertineant, disputare coepit M. *Guit. Mosche* in: Allgem. Jahrbuch der Universitäten etc, tom. I. fasc. III, pag. 221 sqq. Erford. 1798. 8.

*Ad pag. 181. sect. 7.*

Commentatt. Corneliana per *Io. Henr. Ernesti*. Lipsiae 1707. 8. — *Io. Gottschalk* progr. de uno *Corn. Nepotis* loco (Attic. 2.) et Velleii Paterculi tribus. Aalburg. 1770. 4. — *Io. Fortin* Obsf. criticæ in *Corn. Nepot.* In eius Tracts philological, critical and miscellaneous, Lond. 1790. 8. vol. II. pag. 183. — *M. Io. Jac. Schmidt* Spicilegium obff. (criticarum) ad Cornel. Nepotis vitam T. Pomponii Attici, Basileae 1789. 4. — *Gottfr. Weberi* Miltiades ex *Corn. Nepote* per historica et politica propositus. Colon. cis Spream. 1666. 8. — *T. Pomponius Atticus*, siue ciuis tranquillus in rep. turbata ex Cornelio Nep. XXV. quem sub praef. *Jac. Schalleri*, Theol. D. et philos. pract. profess. proponit *Ioann. Erasm. Seiffartus*, Moeno-Francof. Argentor. 1651. 4.

Lexicon über den Cornelius Nepos, das Sprache und Sachen vollständig erklärt und

viele Stellen in besondern Anmerkungen erläutert. Von M. Bonjam. Fried. Schmieder, Rector des luther. Stadtgymnas. zu Halle. Halae Sax, 1798, 8. In priore parte grammaticae et critice secundum ordinem vitarum capitumque V. D. ita pertractat loca, ut modo sensum verborum explicet, modo corrigat vel loca depravata, vel quae a Nepote minus recte minusue clare latineque scripta videantur. Haec pars futuro interpreti atque editori in primis commendanda est. Multa enim subtiliter intelligenterque sunt notata: quamquam haud negandum est, multa etiam loca bene posse a severitate iudicij vindicari: quod etiam ostendit cel. Millerus, Rector Cizenlis, in longa doctaque censura, in ephem. litter. Erford. a. 1798. pag. 52. pag. 410 — 414. (Atque glossarium, continens voces ac formulas loquendi, Cornelio Nepoti familiares, quarum paucissimae a lexicographis notatae essent, subiectum est pag. 69 — 73. Ernstii edit, vitae Pomponii Attici, quam laudavi in Notitia etc, pag. 178.) Altera libri pars est index s. lexicon latin.-german. pubi scholasticae dicatum, illique ad faciliorem libri intelligentiam valde commodum.

Cornelio nostro quondam perpetram tribuebatur *Daretis Phrygii historia excidii*, in latinum conuersa sermonem: quae plerumque cum *Pseudo-Dictys*, Creteusi, *de bello Tro.*

*Troiano iunctim edi solet, De utriusque historia atque editionibus pluribus egi in Introd. I. pag. 389 sqq. et ad *Fabr.* R. Gr. I. pag. 22 sqq. Add. Historia antiquiss. *Ditius* et *Daretis*. Messanae 1498. 4. (v. *Panzer A. T.* II. p. 110.) — *Ditius* — *Q. Septimio Romano interprete. Daretis* — liber interprete *Corn. Nepote* etc. *Rasili.* 1529. 8. (v. *Panzer A. T.* VI. pag. 271.)*

*Ad pag. 184. fin. 3.*

Prima actas, et vero saeculum XV. quam serax fuerit editionum Sallustii, cognosci potest ex *Maittarii A. T.*, (vbi v. indic. voc. *Sallustius*,) nec non ex catalogo bibl. *Valler.* tom. III. pag. 139 sqq. (vbi de nonnullis ratiioribus *de Burs* quaedam docte obseruauit, praeterea quatuor Sallustii codd. qui in illa adseruabantur bibliotheca, recensuit,) tum ex *Burii Bibliographie instructive, Histoire*, tom. I. pag. 559 sqq. (vbi plures curatius describuntur,) in primis ex cl. *Panseri A. T.* in quibus XLV.edd. ab a. 1470 — 1500. excuse diligenter indicantur. Ego vero ne olesse extrauagari videar, iis quoque omissis, quarum mentionem iam feci in *Introduct.* II. pag. 247 sq. in commemoratione paucarum acquiescam. Qui plura de iis scire cupiant, ii consulant libros memoratos.

*Ad pag. 184. lin. 17.*

Litteris *A R.* designari *Adam Rot*, suscipiatur *Panzer II.* pag. 527. *Maittaire* autem IV. pag. 761. coniicit *Adam Rot* aut *Arnoldum* (scil. *Pannartz*) *Romeo*.

*Ad pag. 184. lin. 26.*

Add. de edit. *Parisiensi Bure* Bibl. instruct. l. c. pag. 561 sq. in primis ad catal. bibl. Valler. l. c. pag. 139 sqq. ubi bis occurrit, sed differre duas illas edit. *Bure* docet B. instruct. pag. 562 sq. et *Laire* in indice librorum ab inuenta typográph. I. pag. 180 sq. posteriorem Paris. ap. Ulric. Gering. a. circ. 1477. adsignat: *Panzer* II. p. 270. qui illam edit. etiam habet principem, et p. 340. — *Laire* l. c. pag. 179 sq. copiose describit ed. *Sallustii* sine l. et a. et typographi nota, sed Parisiis circa a. 1473. typis Petri Caesaris fuisse expressam coniicit; (ap. *Io. Stoll*, addit *Panzer* in indice, s. vol. V. p. 393. Atque per Petrum Caesaris et *Io. Stoll* excusus est *Sallustius* cum quatuor Ciceronis Catilinariis. 1479. 4. teste *Panzer* II. pag. 281.) — *Bure* in cat. bibl. Valler. l. c. nr. 4889, profert edit. vetust. *Cay Crisp Salusty, de Lucy Catiline coniuratione* liber. fol. sine vlla nota typographica; ex typis vero, quorum specimen aeri incisum addidit, cum abb. Rive coniicit, editionem prod. iisse ex officina Ioan. Zainer de Reutlingen,

*Vhmas*

*Vlmas* circ. a. 1470. Sed *Lairio* in indi-  
ce etc. I. p. 181. character pertinere vide-  
tur ad *Flachen*, *Argentinensem typographum*,  
eique adsentitur *Panzer*, V. C. I. p. 89 sq. —  
*Sallust.* de coniurat. *Catilinae*, sine nota loci.  
1474. fol.

*Ad pag. 184. lin. vlt.*

De ed. Valent. sine nota typogr. v. *Ray-*  
*mundi Diorsdati Caballeri* specimen de prima  
typograph. hispanicae actate, Romae 1793.  
mai. 4.

Editionem *Mediolanensem*, a. 1472, quae  
citatatur in Fabr. Ernest. B. L. I. pag. 240.  
ignorant *Aut. Savius*, qui sex edit. Medio-  
lan, saec. XV. excitat in histor. typogr. Me-  
diol. et *Maittaire* ac *Panzer* in A. T. sed  
primam *Sallustii* edit. Mediol. ad a. 1474.  
referunt. — *Sallust.* Opera. Florent. apud  
*Sanctum Iac. de Ripoli*, 1478. fol. v. cat.  
Valler. l. c. pag. 144. — Venet. f. a. per  
Jo. Vercellens. et Franc. Madium, fol. —  
*Lipsiensis* utriusque belli edit. f. a. cuius me-  
minit Ernesti in Fabr. B. L. pag. 241. esse  
videtur *Martini Herbiolensi*. quam memorat  
*Lsich* de origine — typogr. Lips. p. 101.  
Exemplar, quod fuit penes cl. *Saybold* (p. 4.  
progr. laud.) non nisi bellum habet. *Catilipa-*  
*rium* etc. Oratt. et epistolae sunt ex libris  
*Sall.* histor. iam ab incunabulis paene typo-  
graph. excerptae, et editae Romae ap. Arn.

Pannartz 3475. 4. (Mutinae ap. I. Schallum)  
 f. l. et a. 4. et oratt. ex *Sallustio* et aliis,  
 f. l. et a. 4.

*Ad pag. 186. lin. 8.*

*Sall.* opera cum comment. *Laur.* *Vallae* in bell. *Catilin.* lucem quoque viderunt *Mediolani* ap. Vlr. Scinzenz. 1493. fol. Venet. per lo. Ceret. de *Tridino*. 1493. fol. — ib. f. a. per Bernard. Renal. — alia ibid. f. a. fol. min. — *Opp.* cum commentar. *Laur.* *Vallae* in B. *Catil.* et *Io. Chrysost.* *Soldii* in B. *Iug.* *Brixiae*, opera *Bernardini Misintae* *Ticiensis*, impensa *Angeli* et *Iac.* *Britannorum*. 1483. De hac edit. v. *Mittarelli* adpend. edd. facc. XV. ad catal. codd. inest. bibl. Venetae S. Michaelis p. 413. et *Gigli Abr.* *Tellor* praef. ad edit. *Sallustii Belotus*. 1790. 8. — Tum Venet. per Phil. Pinc. 1496. F. quae omnes referuntur a *Panzero* in A. T. De alia f. l. et a. vide, quae obtavi in *Introd.* II. pag. 250. Illam tomen *Brixian* sub prelo sudasse, dubitat *Andiffred.* in specim. edit. italic. p. 203. — *Sall.* B. *Iugurth.* *Dauentriæ* per *Iac.* de *Breda*. 1501. 4. — *Opp.* cum *Vallae* et *Omniboni Leonic.* comment. in B. *Cat.* et *Soldii* comin. in B. *Iugurth.* *Venetiis* opera *Iac.* *Tocujoi de Tridino*. 1502. fol. (*Panzer* III. pag. 474.)

*Ad*

*Ad pag. 186. fin. 19.*

*Ascensii* edit, repetita est *Lugdani* 1509; min. fol. in cuius calce legitur: *C. Crispi Sall. Catilina et Iugurthina cum reliquis collectaneis ab Ascensio utcunque explanatis hic suum capit finem. Lugduni diligentie recognitione, impressus per Claudium Dauost, alias de Troys, Impensis honesti viri Simonis Vincentii a. dom. millesimo quingeniesimo nono, XVIII. Jun.*

*Ad pag. 186. fin. 28.*

— de coniurat. L. Ser. Catilinae. Constantiae per Io. Schaeffler. 1505. 4. — *Sallust. Colon.* in offic. Quenteliana. 1510. 4. — ib, exc. Io, Gyennicus. 1536. 8. — *Argentorati* ex aedib. Schurerian. 1512. 4. — ib, ex sec. recognitione T. O. 1513. 4. — ib, cum Gerbelii praefat, 1517. 4. — *Sall. B.*, Catilin, cum oratione *Ortwinii Gratii*. ibid, 1519. 4. — cum *Phil. Melanchthonis* adnotatt, Colon, 1532. 8. — *Basil*, in aedib, Andr. Cratandri. 1521, 8. — *C. Sall. et Q. Curtii* flores selecti per *Hulderich. [Hutten.]* equitem eiusdemque scholiis non indoctis illustrati. Argent. 1528. cum ep. Io, Heruagii. Sic citatur a *Maittario A. T. V.* part. I, p. 510. et adnotatur, Hutteni liber ne prodiret, florenos quinquaginta obtulisse Frobenium. — In cat. *Thottiano IV.* pag. 304, occurrit *Sallustius*, cum alphabetico indice floscu-

flosciorum Sallustianorum ab *Hulderico Hutzoni* selectorum: Paris. apud Simon. Colignacum. 1536. 8. aliaeque ibi Sallustii edd. indicantur. Aliam edit. *Sallustius eum Hutzoni et Melanchthonis scoliis*, Hagenae per Io. Seckerium. 1529. 8. refert cl. *Panzor* in libello: Ulrich von Hutten, in litterarischer Hinsicht, Norib. 1798. 8. pag. 84. — ut alias edit. huius et sequentis aetatis a Maitario in A. T. (v. indic. voc. *Sallustius*,) ab edit. Bipontino et a me in Introd. memorias omittam;

*Ad pag. 187. lin. 21.*

Raris utilibusque edd. adnumerandae sunt *Sallust*. historia etc. Basileae per Heur. Petri. 1563. 8. — *Sall.* historia. Londini ex offic. Io. Kingston. 1571. 8. — *Comuratio Catilinae et B. lugurthin.* Londini. exc. Henr. Middleton. 1573. 8. Again. 1583.

*Ad pag. 188. lin. 21.*

*Sallust*. Opp. cum notis *Petri Ciacconii*, Toletani. Londini 1603 et 1615. 8.

*Ad pag. 189. lin. 15.*

*Sall.* opp. cum indicibus et variis lection. Oxon. e theatro Sheldon. 1678. 1701. 12. — Editio *Crispini* in usum Delphini. (v. Introd. II. pag. 258.) recusa quoque est. Londini. 1726. 1735. 1768. 1784. 8.

*Ad*

*Ad pag. 190. lin. 9.*

*Maittarii* edit. cum indice et V. L. ex offic. Iac. Tonson. et Io. Watts. Londini 1713. 1725. 1745. 1762. 1771. 12. — *Sall.* quae superflunt. Londini 1738. 18. — Dublin. 1745. 8.

*Ad pag. 190. lin. 18.*

Iterum edidi *Sallustii* B. Cat. et Iugurth. Noribergae 1797. 8. in qua ed. non solum cod Erlang. iterum contuli et multo plures ex eo excerptas adieci L. V. sed etiam cod. a cl. Herckio mihi commodati V. L. admisici et plura alia aut mutavi aut adieci.

*Ad pag. 191. lin. 2.*

Birmingh. etiam 1773. 4. splendide excusa sunt *Sall.* opp. — et 1776. 12. — C. *Sall. Crispus* Arol. 1781. 8. — *Venus* est editio. C. *Crispi Sallustii* Opp. omnia, excusa ad edit. Cortii, cum edit. Hauerkampii et Gabrielis Antonii collatam. Londini apud Payne. 1789. 8. sine notis; addito tamen indice variarum lectione, secundum Hauerkampii editionem.

C. *Crispi Sallustii* bellum Catilin. s. de coniuratione Catilinae eiusque sociorum. — *Kaius Crispus Sallustius* vom Catilinarischen Kriege, übersetzt und mit historischen Anmerkungen begleitet von A. G. Meissner, Prof. zu Prag. Lipsiae 1790. 4. Nitida usque

lisque est edition. In contextu Latino Cortii recensionem sequutus videtur, et Cortii conjecturae sunt saepius receptae. Innotis cum interpretationem suam germanicam defendit explicatque, tum maxime historice exponit verba Sallustii, cuius vita praemissa est, moderate scripta, et ex testimoniosis rebusque historicis hausta; quoniam de illius moribus Meissner non aequa ac fecit. Wielandius ad Horat. satir. P. I. pag. 69. vers. germanicae, benigne sensit. Multa tamen culpata sunt in Salzburg. epheb. litterar. a. 1792. nr. 66.

*C. Crisp. Sallustius.* Accedunt recensio nouissimae versionis hispanicae, examen variarum lectionum, interpretatio locorum, index latinitatis. Berolini, ex offic. atque impensis Io. Frid. Vnger. 1790. 8. Duplicis genetis sunt exempla; alia sunt typis Didoti et splendidio quasi vestitu ornata; alia minus quidem splendide, at tamen venuste excusa. Editor est *Guil. Abrah. Teller*, supremi servatus eccles. Berolinensis collega, qui potissimum sequutus est ed. Cortianam; sed ita, ut hinc inde ex edit. rara Bresciana a. 1495. fol. corrigeret. Idem primus recensionem versionis hispanicae nouissimae, in qua et a Principe et a Tellero multa de vita, moribus scriptisque Sallustii praeclare disputantur, quaedam contra Clericum et Fabricium monentur, tum examen V. L. siue ex eadem edit. indicem criticum L. V. quatenus illa discrepat

pat ab ed. Elzevir, a. 1634. repetit, suasque criticas adiecit animaduersiones; deinde grammaticas exegeticasque annotationes, s. interpretationem locorum, sententiuarum et elegantiarum separatim dedit: denique plenum indicem latinitatis Sallustii cum glossario addidit, cui praetulit breuem, sed eruditam de breuitate, de numero, atque aliis quibusdam proprietatibus Sallustianae latinitatis disputationem. Adde de hac et Meissneri edit. iudicium in Ieti. A. L. Z. a. 1792. ar. 45. m. Febr. — *Sallust.* cum notis atque emendatt. *Id. Hunters,* apud Morison, typogr. Uniuersit. S. Andrew. 1798. vide Monthly Magazine 1798. m. Mart. n. 29.

*K. K. Sallustius, Author \*), Katilina und Jugurtha, deutsch und lateinisch, mit dem Leben*

\*) Primum rectius scribitur *auctor*. Tum illud cognomen tribuitur Sallustio non fide codicum, sed auctoritate numitorum duorum. v. *Fabr.* B. L. I. pag. 235. et *Hauerkamp*. diss. de Alexandri M. numismate et de nummis contorniatis, pag. 149 et 151. ubi in illorum priore conspicitur Sallustius rasa barba, cum epigraphe *Sallustius auctor*; in posteriore autem is satis barbatus singitur cum inscriptione *Sallustius auctor*. Neutet ad nostrum historicum pertinere videtur, et alter fictus; alter diu post Sallustii nostri aetatem cusus. add. Principem Hispan. p. 187 sq. ed. *Telleri*, qui quoque subscriptionem, in priscis Taciti et Apuleii codd. Florentinis reperitam:

Leben des Geschichtschreibers, einer durchgängigen Analys, und Bemerkungen sowohl über die allgemeinen Vorzüge der Historiographen, als die Uebersetzung selbst. Herausgegeben von *Albert Xaver Weinzierl*, regulirten Chorherrn zu Pollingen etc. Monachi 1790. 8. Hic quoque defendere studet Sallustium a criminibus et maculis, vulgo isti inustis. Laudatur illa editio, exceptis quibusdam patriae ipsius propriis idiotismis, et comparatur cum Meissneriana versione in Allgem. deutsche Bibl. vol. CX. part. I. pag. 229 sqq.

*Ad pag. 191. sed. 6.*

*De Broffis* collegerat omnia Sallustii fragmenta e sex libris historiarum P. R. a morte Sullae a. v. 676. usque ad Catilinae coniurationem, a Grammaticis vett. seruata, quae secundum temporis rationem ordinavit et lacunas permultas ex monumentis antiquis explere, atque plenam illius temporis historiam sermone gallico contexere sustinuit in opere, quod tribus voll. in 4. constat, Di-  
jon

pertam: ego Crispus Sallustius legi et emendandi etc. a Fabricio ad Sallustium quemdam iuniorem rhetorem relatam, nec vero, ut ipse ait, intellectam, pro mero habet ingepii lusu descriptorum seu calligraphorum, ad maiorem exemplis suis comparandam autoritatem.

jor 1777. et inscriptum est: *Histoire de la  
republ. romaine* etc. de quo iam egi in Intro-  
duct. II. pag. 264 sq. add. praef. ad tom. II.  
*Fergusoni* histor. reipubl. rom. in lingua  
germanicam translatam Lipsiae, 1785. 8.  
 Germanicam illius operis versionem editurus  
 est *Io. Christoph. Schlüter* eiusque specimen  
 publicauit: *Sallust's römische Geschichte, er-  
gänzt von de Broffes, übersetzt von I. Chr.  
Schlüter.* Mit einer Vorrede von *I. Fried.  
Degen.* Altenburg. 1798. 8. Idem *Schlüter*  
 antea germanice verterat *Sallustii* B. Cantini.  
 Münster, 1794. 8. et B. Iug. ibid. 1795 8.  
 Prioris partis grauis censura legitur in *Ien.  
Allg. Litt. Zeit.* a. 1794. nr. 191. m. Iun.  
 pag. 651 sqq. In Kilon. bibl. noua german.  
 vniuersali vol. XV. part. I. fasc. II. p. 79 sqq.  
 comparatur cum versionibus Hoeckii, (cuius  
 versio iterum exiit prelo,) Meisneri et Wein-  
 zierl. — *Abbtii* versio germ. neque suavis,  
 neque facilis neque correcta habetur. Sed  
 de his et reliquis versionibus Sall. germani-  
 cis consule cl. *Degen* Versuch etc. sect. II.  
 pag. 328 — 358. de *anglicis*, *Brüggemann*  
*View* etc. pag. 528 sqq. e quorum haud exi-  
 guo numero memorare licet opera *Sallustii*  
 esse translata a *Guil. Croſſe*, Londini. 1629.  
 8. — ab anonymo, ib. 1687. 8. — a *J.  
Rowe*, ib. 1709. 1716. 1726. 1730. 12. —  
 a *J. Clarkie* cum textu lat. ib. 1734. 8. —  
 a *Thoma Gordon*, ib. 1744. 4. et 1769. 4.

 ut et *L. Annasus Seneca* et *L. Annasus Fla-*  
*rus* diceretur pluraque de illo adnotauit.  
 (*Flori eclogas vel excerpta trochica* de qua-  
 litate vitae idem *Wernsdorf.* l. c. pag. 483,  
 recudi fecit doctisque illustravit animaduersio-  
 nibus.) Idem *Wernsdorf.* in tomo V. part. III.  
 poet. lat. min. p. 1466 sq. quod *BARTH* nomen  
*Senecas* Peruigilio reperit praefixum, obser-  
 vat, Grammaticos vel librarios recentiores  
 Senecam aliquem, siue antiquum philoso-  
 phum, siue alium recentiorem, passim nomi-  
 nare, quem putent veteres poetas subinde  
 correxisse, interpolasse, excerptisse. Tum  
 resert id, quod *Is. Vossius* in obiss. ad Ca-  
 tullum pag. 282. de eo Seneca memorat.  
 Aliam de illo *Seneca* notitiam et narrationem  
 v. paullo ad Tibullum sect. 4. adlatam. —  
 Liberius vertit *Bürgerus* carmen, et in tres  
 odas seu partes divisit, atque inscripsit die  
*Nachtfeier der Venus*, nach dem Lateini-  
 schen, posuitque primo loco in suis carni-  
 nibus theotiscis, Gottingae 1778. emend.  
 Gotting. 1789. conf. *Wernsdorf.* ad tom.  
 III. poet. lat. min. pag. 540 sqq. et *Degen*  
*Verfuch* etc. II. pag. 36.

*Ad pag. 224. scđ. i. lin. 6. post  
voc. pag. 59.*

In edit. III. Heyniana pag. LXXVI. in synopsi chronologica: et pag. LXV sqq. legitur vita Tibulli, a Vulpio conscripta cum notis Heynii.

*Ad pag. 224. scđ. 3.*

Carmen primum libri quarti an Tibulum habeat parentem, inquirit; et cum pluribus viris doctis dubitat Heyne. Quae vero huius libri quarti alia poemata ille ab iudicat Tibullo, ea Mund in *Wielandi* deutschem Merkur. a. 1794. part. III. pag. 257 sqq. putauit et cuincere studuit, iuveniles fuisse Tibulli primitives, atque metricae illorum versionis germanicae fecit periculum. — Stirpem ac propaginem edd. Heyne in prolegg. ad III. edit. diligenter indagauit; et familias scite eurateque distinxit ac designauit. — De *Senecas* nomine, quod praefixum quoque fuisse Peruigilio Veneris supra retulimus, ibidem Wernsdorff ac Vossii indicauimus opiniones. Eiusdem *Senecas* nomen in cod. Tibulli Dresdeni saec. XV. exarato, versibus quibusdam interpolatis, cum haç nota *Seneca suppleuit sic*, fuisse ad pictum, animadvertisit cl. Heyne in prolegg. pag. XXI. ed. secundae, aut pag. XXVIII. ed. tertiae, et falsus est, quis ille *Seneca* fuerit, nondum sibi liquido constare: fuisse tamen aliquem veterum

rum interpolatorem ex illo saeculo hoc nomine, collegit ex Vossii obseruatione ad *Cætull.* pag. 284. Is enim librum instum videtur Aeneidos, in quo *Seneca* priorum quatuor versuum, qui Aeneidi praemitti solent, auctor edebatur. Forsitan tamen certiora, saltem probabiliora de eo dicere licet, ut iam monim in *Introd.* I. pag. 346. Medio enim saeculo XV. floruit quidam *Thomas Seneca Camors*, non latinis modo, sed etiam etruscis litteris commendatus et poeta; cuius latina habentur inter carmina illustrium poetarum Ital. Florent. 1721. tom. IX. pag. 39. Is, qui Aesii, Arimini, Bononiae et Florentiae docebat, una cum *Porello*, seu *Porcellio*, (de quo multus est *Zenus* in *Dissertazioni Vossiane*, tom. I. pag. 15 — 21.) studium litterarum graecarum, quas ignorbat, stulta sprenit. Quod igitur vterque homini latino graecis non opus esse litteris temere praedicabat, imo potius odio iraque in *Bassinium* Parinensem, graecarum litterarumantissimum inflammatus, hunc ompe tempus, in litteris graecis consumptum, omnino perdidisse, clamitabat: *Bassinium* grauem natum est aduersarium, qui quidem in binis epistolis, altera prosa oratione exarata, altera poetica, in qua ostendit, *poetas latinos sine litteris graecis nihil posse*, contra vtrumque stilum acuit, in vtraque autem epistola

stola \*). Thomam Senecam Cameram nomine tantam Senecas adpellavit. Hic igitur Seneca forsan fuit, qui interpolaret Tibullum, Virgilium aliosque poetas, et cuius nomen adpingetur versibus interpolatis.

*Ad pag. 346., lin. 3.*

Cel. Heyne in prolegg. ad tertiam edit. pag. XVI. sedd. propositam hauc esse, iudicat; ex ed. principe, a. 1472. nondum satis accurate excusa, probabiliter expressam esse Venetam 1475. ex hac autem ductas esse Regiomonti 1481. Vicentinam 1482. Lipsiensim s. a. sed, aliam aliter, in nonnullis locis correctas; e contrario Romanam, subiectis Cyllenii commentariis, a. 1475. ex cod. minus emendato ductam, pro altera quasi principe habendam, et matrem fuisse Brixianiss a. 1486. Venetarum 1487. 1491. 1493. 1500 et 1520. et Aldinæ primæ, 1502, \*\*) sed paucim et varie ex Cyllenii commentariis

\*) Vtramque epistolam ex cod. saec. XVI. oriunus in lucem edidit Hieron. Ferrus Longianensis, Prof. in académia Ferrariensi in Amadutii anecdota, litter. vol. II. pag. 300 sqq. et pag. 401 sqq. ubi pag. 407. in not. a de Seneca illo quaedam traduntur.

\*\*) De hac edit. memor. v. Heyne prolegg. pag. LII. neque in meo exemplo existant, quae Manut. in praefatione promiserat, se, quae alterisco notasset loca, ea in fine operis alter atque aliter legi excudenda curasse.

riis forte et aliis edd. interpolatum: his  
successisse Aldinagi secundam a. 1515 a do-  
ctissimo viro curatam et magno eruditionis  
adparatu correctam: alterutram vero ex Alt-  
dinis sequitas esse varia fortuna et ratione  
sequentes omnes edd. usque ad Muretum,  
cui Tibullus non parum debet. Aequo sub-  
tiliter curateque historiam reliquorum editio-  
num et recensionum ex quibus aliæ manus  
sent, criticam contextuit cel. Heyne, et ea,  
quae Scaliger, Achilles Statius, Janus Dousa  
pater, Brouckbul. aliquique bene maleque praes-  
literint, copiose explicuit: in primis de au-  
daciis Scaligeri et Henley transpositioni-  
bus iudicauit, acuteque pag. XX. docuit, ex  
eo, quod nos in multis poetæ partibus tan-  
tum lacinias et fragmenta habeamus, exem-  
plio illo, unde codd. nostri ducti essent, la-  
cero et mutilo, aut excerpta tantum ex ple-  
niore codice a viro quodam facta constitente,  
ortas esse illas lacinas, illas hiantes senten-  
tias, distinctis comprehensas. Sed sotus illa  
locus, subtiliter ingeniosaque formam hodie  
nam. fataque contextus Tibulliani et venusti-  
tem artemque elegiarum poetæ nostri explic-  
ans, dignus est orationis, qui legatur.  
De editionis Venetac 1475 exemplo meo \*),  
cuius

\*) In primo folio hanc Cortius scripsit adnota-  
tionem. „Primæ etiam signatureæ, ut vo-  
cant, in his libris visuntur, extremis pagi-  
narum

etius margini Cortius lectiones cod. Guelferb.  
adscriptiperat, v. quae scripsi in Notitia etc.  
pag. 56. — Mox; de *Andrea de Palthscis-*  
*chis* v. ad Catullum notata, et *Heyne* in pro-  
legg. pag. XLIX: ed. tertiae.

*Ad pag. 225. lin. 20.*

Cl. *Panzer* in vol. I. A. T. pag. 499.  
citat ed. Lipsiens. sine a. nota: deest tamen  
exemplio, quod in manib; habuit, folium  
primum, sed censor in *ephemer. litter. Gothanis* a. 1793. nr. 52. pag. 462. deprehen-  
dit, id nullum alium esse exemplar, ac id,  
quod *Iac. Thanner* 1500. 4. prelo exire ius-  
serat. — De edit. eura *Conr. Celtis* vide  
*Schnizer* de bibl. Neostad. ad Aisum, part. II.  
pag. 23 sq.

*Ad pag. 225. lin. 24.*

*Brouskh.* edit. a. 1727 neque ab Hey-  
nio, neque in aliis, quos consului, libris  
memoriam reperi. Edit. autem a. 1708.  
exemplar cum notis P. Burmanni missis. ex-  
stabat in bibl. Burm; II. v. cat. pag. 31.. in-  
ter auctores vett. collatos, et ibid. plura Ca-  
tulli exempla cum notis missis: nr. autem

12727.

natum oris adpietas: e. g. in Catullo a. b.  
minor; forma. v. in Catullo statim pag. 5.  
in reliquis A. B. maiusculæ, quæ tamen  
tion ita in Tibullo, ut in Propertio et Statio  
agnoscuntur.

2727. notatur, edit. L. B. 1691. Insertas esse ex *N. Heinßi* autographo ad Catullum, Tibullum et Propertium emendatae ex variis vett. codd. msst. item excerpta ex Mureto ad Catullum et Tibullum edit. apud Aldum 1558, ad calcem libri huius inteniri speck ineti nouae editionis Verburgianæ.

*Ad pag. 226. lin. 8.*

Tertia editio Heyniana multo entenditor et auctior prodiit, inscripta: *Albi Tibulli carmina libri tres cum libro quarto Sulpiciae et aliorum: nouis curis castigavit Chr. G. Heyne. Lipsiae 1798. mai. 8.* Adhibuit plura subfidia, in his quatuor codd. msst. Guelferb.

*Ad pag. 227. lin. 12.*

De versionibus germanicis v. Degen (II. pag. 495 sqq.) de *anglicis* v. Brüggemann l. c. pag. 575 sqq. de *italicis*, *Paiton* (IV. pag. 120 sqq.) de *franco-gallicis*, *Goujet*, (tom. VI. pag. 104 sqq. vbi quoque de Tibulli ingenio et poesi iudicatur,) et *Heyne* fin. prolegomenoꝝ ac supra ad Catullum. Add. *Elégies de Tibulle*, traduction nouvelle. à Paris, de l'imprimerie de Pierres. 1784. (per *Pastoret*.) In Journal Encyclopédique, à Rouillon a. 1784. tom. II. part. III. laudatur versio illa et comparatur cum versionibus, quas de *Pezat* et de *Longchamps* fecerunt. — *Elégies de Tibulle*, enrichies de

de Notes et Recherches de Mythologie, d'  
Histoire et de Philosophie; suivies des ba-  
sers de Jean Second — Contes et Nouvel-  
les Ouvrages posthumes de Mirabeau etc.  
Tours, III. vols. 1796. 12. cum XIV. figg.  
et II. vols. cum XV. figg. Tibulli quidem  
versio primum parentem habuisse dicitur *le Chabauffiere*, Mirabauis amicum; sed posse  
reunia a Miesb. qui, suo ingenio duce libe-  
raliorem. et Tibulli et Secundi fecisset ver-  
sionem, e carcere amafiac sive Ruffey dedi-  
catam. Nec tamen integra dedicatio ab ipso  
profecta esse perhibetur, notae tamen ab eo  
sunt conscriptae. — *Tibulli eleg. 13. libr. I.*  
versio germanica, versibus hexainetris, in  
opere monstruo: *Hores*, part. V. a. 1796.  
pag. 87 sq. — *De audacioribus Samuelis*  
*Henley*, verbi diuinae praeconis Rendlesham  
prope Ipswich, translationibus iam paucula  
notauimus. Is vero edidit: *An Essay to-  
wards a new Edition of the Elegies of Ti-  
bullus: with a Translation and Notes*. Lon-  
don apud Jo. Johnson. 1792. mai. 8. atque  
elegias libri primi aliter ordinandas esse cen-  
suit et vero tentauit. In illo enim futuræ  
editionis specimen dedit elegiae primæ li-  
bri priui et l. 7. vers. 29 sqq. textum lati-  
num cum versione anglica notaque, in qui-  
bus variis lectiones, a Brouckhusio Heymo-  
que repudiatas, recepit ac defendit: exemplo  
autem Scaligeri versus transposuit. Laudatur  
qui.

quidem Henley in Critical Review et Monthly Review etc, teste Brüggenanno p. 576. sed vide doctrinā censurā in ephemeridibus litterat. Gotting. a. 1792. pag. 163. Ab eodem Brüggem. in memorantur poetica versio Tibulli et carm. Sulpiciae *anglicā*; auctore Iac. Grainger, cum huius notis criticis atque exegeticis, et cum textu latīnō, Londini 1759. 12. nec non: A Letter to Tobias Smollet, M. D. occasioned by his criticism on a late translation of Tibullus, by Dr. Grainger. Lond. 1759. 8. — tum Thomas Harmar. obſc. in Tibullum, alioſque in eius Obſc. on divers passages of Scripture etc. Lond. 1787. 8. vol. III, et IV. — denique I. Iortin critic. animaduertſ. in Tibullum, in eius Tracts philological, critical and miscellaneous. Lond. 1790. 8. vol. II. pag. 448 — 457. — Innt. Gottlieb Huschke comment. Tibulli et Propertii quaedam loca e graecis fontibus deriuata. Iense 1783.

*Ad pag. 228. nr. 4.*

De edit. in quibus *Propertius* vna cum Catullo et Tibullo comparet, v. ad Catullum, item Heynium in prolegg. ad Tibulum, edit. III. in primis quae ib. pag. XLIX, et a me supra ad Catullum et Tibulum de ed. Propertii, cum anti nota 1487. cum duobus poetis amator. per Mag. Andr. de Paltaschichis, disputata sunt.

*Ad pag. 228. sedl. 4. lin. 5.*

*Monobiblos Propertii Aurelii.* Brixiae. s. a. nota, char. Thomae Ferrandi. 4. (*Panzer A. T. IV.* pag. 263. ex *Boni* lettere II. p. LXXVIII. sq. — Quod Propertius cum comment. *Berwaldi* ante ann. 1487. (de qua edidit vid. *Panzer I.* pag. 218. nr. 105.) non prodiit, ed. a. 1483. sine loci indicio, fol. cum *Ber.* comin. (quam *Maittaire* pag. 778. ex bibl. Bigot. adfert,) suspecta est *Panzer* IV. pag. 31 n. 233. — Eideni, tom. I. pag. 223 n. 136. valde dubia est edit. cum *Berwaldi* comin. Bonon. 1490. a Denisio pag. 295. ex bibl. Gottw. excitata. — Editio *Lipiensis* a. 1495. a Denisio et Zeuthio memorata, prodiit ex offic. Mart. Lantzpergenfis, Herbipol. 4. cui addenda est edit. *Propertii* Lip. per Wolfg. Landsperg. Monac. 1497. 4. v. *Panzer I.* pag. 484 et 488.

*Ad pag. 229. lin. 15.*

Ex *Propertio* I. 17. II. 10. III. 1. 7. IV. 1. 11. cum *Lenzii* notis in *Encyclopaedia lat. poetar.* ad *Catullum* supra citata. — Ibid. iam laidaui *Mitscherlichii* lect. in *Catullum* et *Propertiun.* — In bibl. Burmanni II. teste catal. pag. 30. fuerunt edit. *Propert.* e. not. Broukhuf. 1702. cum notis insst. H. Relandi; et edd. Silvii in *vsum Delphini*, Paris. 1685. 4. cum insst. adnotatt.

*Ad*

*Ad pag. 229. scđt. 5.*

Quem sensum amoris erga sexum sequiorum vel veri et nobilioris, vel falsi et abiecti Tibullus, Propertius, Ouidius, Horatius et Virgilius ac Seneca habuerint verbisque expreſſerint, et quomodo singuli in illo declarando inter se differant, ostendit von Ramdohr in parte III. operis, inscripti: *Venus Vrania*, Lipsiae 1798. in. 8. libr. XVII. *Denungsart der Römer über Geschlechtsverbindung und Liebe bis auf die Zeiten des Septimius Severus.* — De ingenio arteque poetica *Propertii*, *Tibulli*, et *Ouidii* Manso subtiliter intelligenterque iudicat, Propertium Tibullumque sobrie acuteque comparat, et nonnullas elegias, praecepue Propertianas versibus germ. reddidit, in: *Charaktere der vornehmsten Dichter aller Nationen* etc. f. *Nachträge zu Sulzers allgemeiner Theorie* etc. vol. II. part. I. pag. 190 sqq. et in specie de Propertio, vbi quoque de eius aetate agit, vol. III. part. I. pag. 6 sqq. de *Ouidio* autem vol. III. part. II. p. 325 sqq. — add. C. comment. de poëtis elegiacis rom. vbi etiam Tibullus, Propertius atque Ouidius comparantur, et Tibullo primae tribuuntur partes, in *Schirachs Magazin der deutschen Critik.* tom. II. part. I. p. 12 sqq. Halae Sax. 1773. mai. 8.

*Ad pag. 230. lin. vlt.*

De versionibus *germanicis, italicis, gallo-francicis et anglicis* v. Degen, Paiton, Goujet et Brüggemann ll. citt. — *Harmar* et *Tortin* scripsierunt obss. in *Propertium*, in libris supra ad *Tibullum* et a *Brüggem.* pag. 580. memoratis. — *Imm. Gottlieb Huschke* epist. critica in *Propertium*. — acc. nonnulla in *Catullum* et *Tibullum*. *Ainstelod.* 1792. mai. 8. conf. Ien. Allg. Litt. Zeit. a. 1792. m. Dec. nr. 321. vbi multae adsperguntur coniecturæ. — *Io. Ern. Christiani Schmidt*, paedagogii collegæ, progr. *Obseruata in Sexti Aur. Propertii quaedam loca*. *Giesiae Hassor.* 1794. 4. Emendare et explicare studuit libri IV. et. 11. sed censor in ephem. litter. *Erfurt.* 1795. plag. 19. pag. 155 sq. interdum declarauit dissensum. — *Io. Schraderus* in libro *Emendationum*, (Leovard. 1776. 4.) cap. V. — IX. incl. pag. 87—185. permulta tentat et docte illustrat *Propertii loca secundum ordinem IV. librorum*, insuper *Hemsterhusii* aliorumque critico-rum opiniones modo laudat probatque, modo vituperat et reiicit, imitationes aliorum comparat, nec pauca aliorum, praecipue poetarum latinorum loca face illustrat critica. (Excerpta plura dedit censor in: *Neue philolog. Biblioth.* vol. IV. pag. 27 sqq. *Lipsiae* 1778. 8.) Non deprimit quidem laudem meritaque *Broekhusii*; at culpat tamen pro-

probatque exemplis eius negligentiam in variis editorum et scriptorum librorum lectiōnibus conjecturisque et correctionibus criticorum atque interpretum notandis: tum quod aliorum sibi tribuit inuenta, et incertas falsasue multorum conjecturas in textum carminum Propertii recepit, et prauas versuum traiectiones, a Scaligero factas, admisit. Idem laudat *Tib. Hemsterhus.* qui et in Obseroatt. I. 3. plura sanauit et in Obseruat. missis ad Vlamingium, quum hic Broekhusianam editionem repetere pararet, antiquas lectiones a Broekhusio sine iusta causa reiectas defendit, magnamque illarum lectionum cateruanam producit, suo interposito iudicio. — Idem *Schrader* in libro Obseruat. Franeck. 1761. 4. pag. 28. et 79 sq. duabus Propertii locis medelam adserit criticam. — In biblioth. philolog. germanice scripta, vol. III. part. I. a. 1775. 8. p. 364 sq. de Barthianis recitationibus. (Vorlesungen über einige Elegien des Properz etc. Dresdæ 1775. 8.) et in eadem noua bibl. philolog. III. vol. (Lipsiae 1778.) p. 243 sqq. de ed. Barthiana Propertij iudicatur.

*Ad pag. 231. lin. vlt.*

Illa elegia cum tribus epigrāmatibus et reliquis sex elegiis addita est Catullo, Tib. et Propertio. Hanou. typis Wechel. 1608. 8. vbi pag. 336. haec notata leguntur. „Li-

brum ego scriptum habeo, in quo Galli  
Maximiāni nomine ea leguntur."

*Ad pag. 232. sect. 6.*

A Brüggemannus View etc. pag. 575. ci-  
tatur: The impotent Lover, accurately de-  
scribed in six Elegies upon old age; with  
the old doting Letchers Resentiments on  
the past Pleasures and vigorous performan-  
ces of Youth. Made English from the La-  
tin of *Cn. Cornelius Gallus*, by *Hovenden  
Walker*. Gent. Lond. 1689. 8. et 1693. 8.

*Ad pag. 233. lin. 7.*

Add. *Ramdohr*, supra ad pag. 229, sect. 5,  
de Propertio laudatum,

*Ad pag. 242. lin. ult.*

*Faustinus Areuallus* in ed. sua *Cœli Se-  
culii*, (Roma 1794. mai. 4.) inseruit pro-  
legg. pag. 74. disput. de *Asterio*, i. e. Tur-  
cio Rufio Aproniano, cos. a. 449. In adp.  
leguntur *Turci* *Rufi* *Asterii* epigr. et Belis-  
serii ac Liberi acrosticha, nec non agitur de  
controversia, num *Asterius* fuerit Apronia-  
nus. conf. epheiner. litter. Gotting. 1795.  
m. Mart. nr. 51. add. col. *Heyne* prolegg.  
ad Virg. ed. II. pag. XLI. sqq. de codice Me-  
diceo. et de cod. illo *Bandin.* praef. ad ca-  
tal. codd. gr. Laurent. Medic. tom. I. pag.  
**XVIII.** — *De Pomponii Sabini, s. Pomponii  
Lacti*

*Laetii* comm. v. *Heyne* l. c. pag. LXXXII. sqq.  
 qui illius opus in Virgilium, scribit, primum  
 esse editum per *Dan. Gaitanum*. Cremonae  
 1486. fol. At enim ed. *Cremonens.* a. 1486.  
 non exstat, ex urbe autem Cremona a. 1486.  
 scripta est epistola Galetani. — *Panzer* qui-  
 dem in A. T. I. pag. 159. ex cat. Isendoorn.  
 ap. *Maittaire* pag. 479. citat *Iul. Pompon.*  
*Sabini* (*Laeti*) comment. in Virgilium. Ba-  
 fileae 1486. sed editio, caute ait, si adest,  
 rarissima: pag. autem 249. n. 46. ex Deni-  
 sii supplem. p. 243. *Iul. Pomp. Sab. com-*  
*mentum in Virgilium.* *Dan. Gaitanus* dicat  
*Petro Manna* etc. *Brixiae* per Bonin. de  
 Boninis de Ragusio. 1487. fol. Aliam tar-  
 men et, credo, veram illius editionis inserip-  
 tioneim refert *Audiffred.* in speciam, edd. ita-  
 lic. pag. 157. (et ex eo *Panzer* l. pag. 257.  
 qui non exstare, ait, ed. *Cremonens.* a. 1486.  
 certo certius est;). *Pomponii doctissimi viri*  
*interpretatio in Aeneide Virgilii.* In cal-  
 ce: *Impressum. Brixie per Boninus* (sic)  
*de Boninis* (sic) *de Ragusia.* Anno X.  
 M. CCCC. XLXXX. \*) (sic) die V. mons.  
 Febr. Acc. *Pomponii Grammatici eruditissimi*  
*in culiceni commentarium.* Quod sequun-  
 tur

Z. 4

\*) Signa illa seu litteras rom. anni *Foss.* in  
 catal. codd. impr. saec. XV. in bibl. Magliab.  
 tom. III. p. 95 sq. (vbi recenset illam edit.)  
 interpretatur, M. CCCC. LXXX. h. e. 1490.

tur *commentaria in alia eiusmodi Poemata, Virgilio tributa, cum comment. in opus Bucolicorum, ac postremo in opus Georgicorum; in calce: Impressum Brixiae per Boninum de boninis de Ragusias (sic.) M. CCCC. LXXX. VII. (1487.) fol.* Hosce *commentarios edidit Dan. Gaitanus; et in epistola praefixa (quae, ut supra monui, data est ex urbe Cremona, prid. Kal. Ian. 1486.) sub finem haec de Pomponio scribit: „sed ad Sabinum meum redeo. Is est unus, qui in praeclarissima illa et feli- cissima beatissimi Pii Pontificis secundi aca- demia optimas et scitu dignas literas in lu- cem coepit afferre, et mirifica illa veterum annualium apophthegmata in uno ingenio dila- tavit, nec adhuc parcit antiquorum Graeco- rum yni consuetudine, etc.“ Add. Introd. II. pag. 295. — In bibl. acad. Erlang. sunt duo codd. chartacei, quorum alter continet excerpta *Virgilii, Ouidii, Terentii et Persii, tum Virg. Bucolica atque Georgica et mi- nora quedam carmina, de vino et Ve- neto etc.* — alter comprehendit Aeneidos partem, Bucolica et Georgica.*

*Ad pag. 234. lin. antepen.*

Quanta copia edit. saeculo XV, ab a. 1469. ex officiis typographicis, praincipue in Italia, prodierint, vel ex Panzeri A. T. cognoscere licet. Vide indicia et nouissima illa- rum in indice s. vol. V. p. 446—449.

*Ad*

*Ad pag. 235. lin. 21.*

*P. Virgilii Maronis opera cum opuscu-  
lis et Priapeis.* 1472. fol. Mediolani, vulgo  
ab *Ant. Zarotto* confecta creditur; a *Lairio*  
tamen in Indice etc. I. pag. 291, (ybi cura-  
tius de illa agitur edit. et Debure descriptio  
emendatur,) adseritur *Philippo Lauagnia*  
conf. *Panzer* II. pag. 13. — Idem *Lair*  
ibid. pag. 292. sc̄ *Florentiae* vidisse, scribit,  
exemplar edit, ejusdem anni penitus igno-  
tum in fol. in cuius fine quod legitur:  
*Sculpsérunt dotti* — — *Jacobus existens*  
*primus*; *Baptista sacerdos Atque Alexander*  
*comites in amore benigni Qui Fiuizani viuunt*  
*super oppida digni.* M. CCCC. LXXII. opi-  
nabatur, excusam esse edit. *Venetius* à *Jacobo*  
de *Fiuizano*, qui Venetis Iuuenalis satyras  
circa an. 1472. formulis descripsit typogra-  
phicis; eumque sequutus *Panzer* in A. T.  
III. pag. 94. illam edit. inter libros *Venetius*  
excusos receperat, admonitione tamen caute  
addita: *prelum fortasse etiam in patria ha-  
buit?* Atque id verum esse, docuit *Fossius*  
V. C. in catal. laud. II, pag. 797 sqq, qui  
et curatiorem dedit illius edit. notitia, et  
ostendit ex versibus mem. intelligendum esse  
*Fiuizanum* oppidum Etruriae, in Lunensi  
provincia situm, et Jacobum, Baptistam at-  
que Alexandrum ibi artem exercuisse typo-  
graphicam, ipsamque Iuuenalis editionem,  
ad quam *Lair* provocauit, adserendam esse

illi oppido, non, Venetiis. His rationibus  
motus cl. *Panzar* IIII. pag. 296 sqq. de Vir-  
gilii seque ac Iuuenalis ead, mutauit senten-  
tiam, et Fiuzano oppido reddidit hono-  
rem. — Eodem anno 1472. *Virgilii Opp.*  
*Venetiis* per Leopard. Achatem, fol. (*Pan-*  
*zar* III. pag. 91.)

*Ad pag. 236, lin. 10.*

*Virg.* Opp. cum spuriis et incertis, Mu-  
tinae per Mag. Iohan. Vurster de campidona,  
1475. 4. de qua edit. copiose diligenterque  
differit *Fossius* l. c. II. pag. 800—803. —  
vbi ed. Operum genuinorum spuriorumque  
ac dubiorum, cum Seruui commentariis, Ve-  
netiis s. a. fol. — tum *Veneta*, cum iisdem  
commentariis, per Antonium Bartholomei,  
1486. fol. aliaeque fusius recensetur \*), —  
De edit. *Virgilii* Opp, cum min, poemati-  
bus, *Copa* etc, per Andream Portilia, Par-  
mae 1479, fol. v. *Affò Saggio di Memorie*  
su la Tipogr. Parmense, de secolo XV, pag.  
XXIII. in primis pag. LXVII. sqq.

*Ad pag. 236. lin. antepen.*

Loco 1481. legendum est 1491. De-  
lenda igitur sunt verba ultimae lineae: *in*  
*hac*

\*) *Venetam* ed. a. 1486. curatiss et multo co-  
piosius describit lo. Fr. Eckhard in Nach-  
richten von einigen seltenen Büchern der  
Bibl. zu Eisenach aus dem XV. Jahrhundert.  
Isenach 1775. 8. pag. 144 sqq.

hac etc. usque ad verba, sec. 1492. fol. in līq.  
3. seq. paginæ. Contra in prima huius pā-  
ginæ linea est sic corrigendum: Iudice cl.  
Heynio pag. LXXXI. sq. in qd, Virgil. cum  
comm. Seruii, et eiusdem Opusc. cum enar-  
rationibus Domitii Calderini; Virg. ad Pria-  
pum et Priapēia cum aliis, Vepet. per Pap.  
tistam de Tortis, 1483. fol. (aut in Mat-  
thæi indice edd. quas ille consuluit carni-  
nis causa de Actna, 1484.) \*). Domitii  
enarratio primo occurrit, in opusc. min. scil.  
ad Eulicem, Ciris et alia. — In eodem  
Matthæi indice, (de quo paullo post sermo-  
nerit,) aliae praeteræ nominantur editiones.

*Virgilii* opp. cum quinque commenta-  
riis, scil. Seruii, Donati, Landini, Calderini  
et Mancinelli Venetiis ab a. 1491 — 1500.  
decies exierunt prelo, indice Panzero. In  
his est edit. a. 1493. quam Fossus l. c. vbe-  
rius describit. — Edit. valde raram et an-  
teea incognitam, *Virg. Buc.*, *Georg.* et *Aen.*  
Heidelbergæ per Henr. Knoblotzer. 1495. 4,  
primus reperit Strauß in bibl. Rebdorf. v.  
Opera rariora, quae latitant in bibl. canon,  
reg,

\*) Editioni Venetae, per Thomam de Alexan-  
dria 1484. fol. (quæ seruatur in bibl. acad,  
Erlang.) subiecta sunt carmina minora; defi-  
tuta vero commentariis: — In eadem bibl.  
est quoque exempl. ed. Venet. 1487. fol. per  
Bapt. de Tortis.

reg. — Rebdorf. etc. Eichstadii 1790. 4.  
pag. 276.

In *Introduct. II.* pag. 299. scripsoram,  
exemplum edit. Venetas 1492. existare in  
bibl. Erlang. Cel. vero *Panzor.* in A. T.  
III. pag. 307. nr. 1425. dubitare de illa vi-  
detur. Nam post plenam edit. Venetae,  
*Virgil.* cum quinque commentariis, per Phil.  
Pintium 1491. fol. commemorationem, est,  
sit, *fine dubio editio illa, quae extat in bibl.*  
*Erlangenfi academ.* ideoque ad a. 1492 nostrae  
editionis mentionem omisit. Verum quidem  
est, in nostro exemplo, fol. 121. b. eandem  
esse subscriptionem, quam *Panz.* ex ed. 1491.  
enotavit, *P. Vergel. Mar. Bucol. et Georg.*  
*libri* — — *Venetiis per Philippum Pintium*  
*impresso anno* — MCCCCXCI. *die XXVIII.*  
*Dec.* Sed id quoque certum est, ad calcem  
totius operis in edit. cuius exemplar habet  
nostra acad. bibl. post registrum chartarum  
diserte scriptum esse: *Imprimum Venetiis*  
*Anno domini MCCCCXCII. Die Decimo*  
*Oktobr.* Atque hoc verius exaratum vide-  
tur, quia *Bucolica et Georgica* ipmense *Decem-*  
*bri* 1491. iam prelo exiisse dicuntur. Ea-  
dem igitur editio esse potest, quamquam ex-  
emplaria in nota anni ad calcem operis dif-  
feruat. In nostro exemplo numerantur 371.  
folia. Cum nostro exemplo conuenit id, quod  
*Seemiller* iu. bibl. Ingolst. incunab. typogr.  
IV. p. 27. nr. 22. descripsit. Atque prior  
rein

rem partem cum nota 1491 separatim fuisse editam patet ex exemplo apud Seemiller pag. 23. nr. 41.

*Ad pag. 235. not. \**

Seorsum *Bucolica*, aut alia aliquoties hoc et sequenti saeculo prodierunt. *Bucolica* igitur vel separatim vel cum *Georgicis*, et cum comment. et Aeneis praeter edd. a me tum in Notitia h. l. quam in *Introduct.* II. pag. 300 sq. memoratas, quoties Dauentriae, Lipsiae, Argentorati, Basileae, in primis Coloniae et alibi prelo exierint, curate indicantunt *Ponzer* et *Maittaire* earumque commemorationis superuacanea esse videtur: de plurimis etiam iudicavit cel. *Heyne*. Qui quoque pag. XC. ex Amesio, Old English Printers, pag. 130 refert edit. *Bucolice*. s. a. per Rich. *Pynsonum*, qui intra a. 1493 et 1528 typographiam Londini exercuit. Forte eadem est editio; cuius pleniorum dat notitiam *Brüggemannus* View etc. pag. 535. ex *Herberts* typogr. antiq. vol. I. pag. 288. *Virgiliana poesis, que latinitatis est* — *Virg. bucolicum decem eclogarum* etc. Lond. cum dedicatione Io. Ferrandi, charact. Rich. Pynsoni, s. a. 8. — *Bucolica Virgilii* cum commento (Herm. Torrentini.) Londini 1512. 1514. 1516. 1533. 4. vid. *Brüggem.* p. 536. et *Maittaire* A. T. V. part II. p. 330.

*Pag. 238. his. pen. leg. Vindouacus.*

*Ad*

Ad pag. 239. lin. 20.

Repetita ex superiore quadam esse videatur editio haud adinodum frequens nec satis nota; eius inscriptio haec est: *P. Virg. Mar.* — Opera omnia innumeris penè locis ad veterum Petri Bembi Cardinalis, et Andreae Naugeri exemplarium fidem, postrema hac editione castigata; cum XI. commentariis; Seruii præfertim ac Dönatii, ad suam integritatem restitutis, et aliis omnibus, quorum nomina versa pagina monstrantur \*). Vita ipsi authoris a Dönato perquam eopiosissime descripta. Copiosissimusque index adiectus est. Denuo post omnes omnipiumque editiones perquam diligentissime castigata atque elaborata. *Venetius* apud Hieron. Scotum. 1555. fol. Additum est *Maphaei* supple-

\*) In pag. altera primum ita scriptum est: „Interpretantur *Servius Bucolica*; *Georgica* et *Aeneida*: *Donatus*, ad integratatem restitutus, *Aeneida*: *Probus* et *Mancinellus* *Bucolica* et *Georgica*: *Astenius Buc.* et *Georg. Aeneida*. et opuscula: *Augustinus Dathus* quædam in *Aeneide*: *Iacob. Constantius Phanensis* quædam in *Georgicis*: *Domitius Calderinus Opuscula*: cum adnotatt. *Phil. Beatoaldi* et *Angeli Politiani*. His acc. *Io. Pierri Valeriani* castigata, et varietates *Virgilianae* lectionis.“ Tum sequitur elenches opusculorum (XXV.) quam maxima fieri potuit diligentia emendatorum: n. *Colex*, *Diras* in *Battatum* etc. Ultimum est, in *Priapum Iosus*,

supplementum. A quo autem curata sit editio, quum nulla praefatio aut dedicatio, saltem meo exemplo, sit praefixa, dicere nequeo. Contextus autem est in multis minoribus dissectus partes, et singulis statim adiectae sunt interpretum annotationes variis generis pretiique. Ex ea ducta esse videtur editio Veneta, variis accessionibus incompleta, cuius exemplar, praefationis etiam dote destitutum, quondam habui in manibus et, quod tarius occurseret mihi videbatur, sequente innotavi inscriptionem:

*P. Virgilii Mar.* — universum poemam cum absoluta Servii Honorati Matriti, Grammatici, et Badii Ascensii interpretatione: Probi et Io. Vitis in eclogas allegoriis, Iodoeisque eruditis super Georgica commentariis. Quibus accessi: Ludovicus Coelius Rhodogini, Io. Scopae Parthenopaei, Iac. Constantii Fanensis, Franciscus Campani Colensis, Iac. Crucii Bononiensis, nec non alterius docti hominis lucubrations et annotationes in locis difficiliora. Elegantissimae praeterea librorum omnium figurae, argumenta, lectio- num denique varietates, quas et Io. Pierius et alii doctissimi viri hactenus obseruarunt. Quae non, ut antea, plurimis foedata mendis, sed acri studio emendata, atque omni quantum licuit, ex parte expolita eritisimus, quod alios libros cum nostro conferentibus patebit. Venetiis ap. Io. Mariam Botelli MDLXII,

MDLXII. (1562.) fol. In calce adiecta sunt poemata minora, quae vulgo tribauntur Virgilio, et alia, quorum ultimum est, diveterorum veterum poetarum in Priapum lusus. Si laudi in titulo iactatæ, at superioribus saeculis solleinti, fides est habenda nec ea ludit exspectationem, illa editio bonis et cunctis adnumeranda.

*Ad pag. 239. fin. 24.*

Editt. Aldinae a. 1558 et 1560. (in quibus Manutius pleraque ex Seruio hausisse et alia haud magni momenti admiscuisse fertur,) ab Heytio memoratae, latuerunt auctorem libelli, Serie dell' Edizioni Aldine; sed reliquarum Aldinarum a. 1563. 1576. doctorum virorum notationibus illustrarum, opera et industria Io. a Mayen Bergizotii Belgas; — rec. 1580. et ed. a. 1585. 8. (expressarum ex editione a. 1558 aut 1560.) fit ibi mentio.

*Ad pag. 239. fin. ult.*

Lamberti Hortensi etiartationes in sex priores libros Aeneidos Vergilianae. His accesserunt illustres annotati in sex eiusdem poetæ posteriores libros, eodem Lamb. Hortensio autore. Item terum et verborum — copiosus index. Basileæ per Henricum Petruini et Io. Oporini. 1559. fol. Commentarii in sex priores libros sunt amplissimi, saepe eruditæ, in quibus res, sententiae verba que

que et vis vocabulorum tam grammatica quam poetica bene at more istius aeu*i* iusto fusi*s* explicantur: saepe tamen multa, quae ad poetam nihil faciunt, molesta obscuraque diligentia congeruntur et difficiliora vel prae vel plane non exponuntur. Eo breuiores et leuiores sunt adnotati*on*es in sex reliquos libros a pag. 429 — 546. In fine ait typographus, propter nundinas imminentes non potuisse indicem copiosissimum absolu*t*u*m*; promittit autem ad proximas nundinas alterum tomum, qui contineat et indicem, et *Iodoci Wilichii* in omnia Virgilii opp. omniumque, quotquot habere licuerit, recentiorum commentarios. Id num factum sit, et an illi sint additi edd. ab Heynio memoratis, Basileae 1577. (cui accessisse dicitur Nascimbaenii in priorem P. V. epopoeae partem explanatio etc.) et 1596 cum Nascimbaenii explanationibus in Aen. libros V. priores, euidem ignoro, ego enim edit. a. 1559. tantum possideo.

*Ad pag. 240. lin. 14.*

Editionis *Ald.* a. 1583. ab Heynio laudatae, nulla fit mentio in: Serie d<sup>r</sup> ed. *Ald.*

*Virgilii opp. omnia*; *culex*, *dirae* etc; *Londin.* 1570. 8. — *Virg. opp.* *ibid.* 1577. 8. et 1591. 4. *Brüggem.* *View.* etc. pag. 536. ex *Herberti* et *Ainef.* *antiqq.* *typogr.* — *Virg. opp.* *Coloniae* 1582. 8. — *Nicoali Grimoaldi* — in *P. V. Maronis* IV. libros

Georgicorum in orat. soluta paraphrasis.  
Oxonii in aede Christi, anno sereniss. regis  
Edouardi VI. secundo confecta, cum notis  
*W. Haydock.* Londini 1591. 8. v. Brüg-  
gemann pag. 536.

*Ad pag. 241. lin. 6.*

*Virg.* opera indubitata 1605. 8. cuius  
memoriam reperi in catal. quodam librorum  
venalium; sed quae fides sit interdum catalogis  
habenda, constat. — *Virg.* opp. cum notis  
*Pauli Manutii et G. Fabricii.* Lond. 1617.  
8. — cum *Phil. Melanchthonis et aliorum*  
scholiis; figg. ligno incisis etc. Wittebergae  
1623. 8.

*Ad pag. 241. lin. 20.*

*Ruati* ed. est Londini saepius recusat in  
teste *Brüggemann*, 1686. 1687. 8. 1695.  
4. — secundum ed. Amstel. 1692. et Lon-  
dini 1696. 1707. 1712. 1718. 1722. 1727.  
1740. 1753. 1765. 1776. 1777. 1781.  
1787. 8. — *Virg.* Opp. ex ed. Elzeviri-  
na: e rec. Nic. Heinsii. Londini 1695. —  
Edit. *Henr. Laughton* recusa est Cantabri-  
giae 1707 et 1711. 8. — *Virg.* Opp. in-  
ter opera et fragmenta veterum poetar. latini  
a *Mich. Maittaire* edit. Londin. 1713. fol.  
vol. I. pag. 359 sqq.

*Ad*

*Ad pag. 243. lin. 3.*

Bucolica in ordinem prosaicum disposita, vna cum vocabulario explicativo etc. in usum iuuentutis edidit *Io. Stirling*. Londini 1733. g. — Item *Stirling* edidit opp. *Virgilii* in usum iuuentutis. Lond. 1741. rec. 1771. 8.

*Ad pag. 243. lin. 17.*

De splendida illa ed. cum praef. *Bottarii* v. ephem. Lips. litter. a. 1743. nr. VII. vbi quoque memoratur liber: *Iconiae figurae, quae in vetustissimo cod. Virgiliano bibliothecae Vaticanae, anno sapra milleimum scripto et depicto, visuntur Romae: quae forsitan est editio, cuius exemplum esse in bibl. Gottingensi, testatur Heyne in praef. ad Virgil. pag. XXXVI. vbi fuse ac diligenter agit de cod. et edit. rom. Idem ibid. tradit, se vidisse aliud exemplum a. 1725. aliud a. 1677. 4. in Goetzii Memor. bibl. Dresd. tom. II. n. 317. Goetz autem notat, non additum esse contextum, sed tantum comprehendere LV tabulas, ad priscam (vti in titulo, manu exarato, proditur,) imaginum, quae supersunt in codice Vaticano, (aut, uti manu adscriptum legitur, in duobus codd. Vatic.) formam incisas a Petro Sancte Bartoli in bibl. Catilli Maximi Cardinalis. 1677. 4. — Ipsam ed. cum Bottarii praef. Goetz ibid. pag. 262. paucis describit.*

Aa 2

*Virg.*

*Virg. latin. cum gallica Guyot des Fontaines* vers. Parisi. 1743. 8. IV. voll. — *The works of Virgil in Latin and a prose Translation with notes by Mr. Davidson.* Londini 1745. 1748. 1754. 1763. 1785. 1790. 8. fl. voll.

*Ad pag. 244. lin. 23.*

De versione et edit. *Martyni* a. 1741. conf. noua acta erud. a. 1741. nr. 4. pag. 145 sqq. — Editionem tertiam prodiisse 1755. 8. natrat *Brüggemann* pag. 539. — *Duschius* ita repetit *Martyni* edit. ut textum latin. ab eo constitutum, et ex Heinsiana re-censione maxime ductum retineret, *Martyni* notas verteret germanice, et suam ipsius versionem calci adiiceret teutonicam doctisque illustraret animaduersionibus, et criticis et exegeticis, in quibus saepè discessit a lectione et interpretatione *Martyni*; nec longa docta que praefatio est omittenda. *Hamburgi et Lipsiae* 1759. mai. 8.

*Ad pag. 244. lin. penult.*

*Martyni* ed. Bucol. iterum prodiit ibid. èodém anno 1749. in m. 8. cum tabulis, et tertium ib. 1759. mai. 8. *Martyn* quoque spem fecerat ed. Aeneidos; sed illa fuisse videtur inanis. Ab eo tamen publicatae sunt *Dissertations and critical Remarks upon the Aenid of Virg.* Lond. 1790. 8.

*Ad*

*Ad pag. 245. lin. 5.*

*Post not. a. 1753. addit. in 8. et conf. iudicia Anglorum ap. Brüggem. p. 540 sq.*

*Ad pag. 245. lin. 13.*

Dicitur edit. *Philippi Paris. 1745. 12. III. voll.*  
cum XVII. figg. aeneis, ex ed. Heinsiana ex-  
pressa, coll. lectionibus cod. Florent. et cum  
V. L. v. Lipsiens. ephem. litterar. a. 1746.  
pag. 51.

*Virg. Bucolicorum eclogae decem: cum  
accentibus et versione anglica litterali etc.  
Londini 1763. 8, v. Brüggem. pag. 541 sq.*

— *Bucolica, Georgica et Aeneis, ex ed.  
P. Burmanni. Glasguae, exc. Andr, Foulis,  
1778. fol. II, voll. — 1784. 12. — Opera,  
(ex edit. Heinsii cum notis Ruiae,) Bernae  
1782. 12. III. voll. — Kehl. 1784. 8. —  
Virg. X. eclogae, Arosf. 1786. 8.*

*Ad pag. 247. lin. 10.*

*Brunck adhibuit cod. Medic. typis euul-  
gatum et cod. seminarii episcopalis Argentor.  
Omnies vero lectiones, ab Heynio probatas,  
rescripsit; in orthographia veterem reduxit  
scribendi rationem; item versus spurios, aut  
valde suspectos, nec in antiquissimis reper-  
tos codd. aut qui aperite ab hominibus: im-  
peritis consarcinati in textum irrepossent,  
deleuit et expunxit, et multa alia mutauit,  
de quibus in notis admonuit lectores. Conf.*

*Mainzer Anzeigen von gelehrten Sachen*,  
pag. XXXV. a. 1786. — Brünckii recensio  
reputata est in *splendida editione*; *P. Virg.*  
*Mar. Bucolica, Georgica et Aeneis*. Argen-  
torati typis Phil. Iac. Danubach. 1789. mai.  
4. — *Virg. Opera*, in tres tomos distributa,  
Holmiae. tom. I. 1789. — tom. II. 1790. —  
tom. III. 1791. 8.

— *Georgicon liber primus et secundus*,  
The first and second Georgic, attempted in  
blank Verse. Accedit Qdē hebraea, cum ver-  
sionibus metrica prosaicaque, (per Capel Lofft.)  
Londini 1784. 8.

*Ad pag. 248. lin. 1.*

De ed. *Georgicorum Wakefieldiana* vide  
*Monthly Review* etc. a Brüggemann cit. et  
len. A. L. Z. a. 1789. ap. Oct. pag. 146 sq.

*Ad pag. 248. lin. 9.*

Pari modo *Eug. de Bulgaris* edidit *Virg.*  
*Aeneidis libros XII.* graeco carmine herlico  
redditos notisque perpetuis illustratos — qui  
typis nunc primum ad usum Helleno-Ros-  
sicae iuuentutis Graec. in rossaco imperio  
coloniarum educandae, sunt excusi iussu —  
Aekaterinae (Catharinae) II. tom. I. qui con-  
tinet libros I — IV. Petroburgi 1791. fol.  
v. ephem. litterar. Lips. a. 1792. scid. 38.  
pag. 102 sq. Num et quando reliqui libri et  
tomni lucem adspexerint, equidem ignora.

Maior

Major Heynii edit. in Anglia est reeusa,  
multisque nouis emendata. et additamentis  
ac nonnullis virorum doctorum conjecturis,  
ab editore collectis, aucta atque inscripta:  
*Virg. Opera*, varietate lectionis et perpetua  
adnotatione illustrata a *Chr. G. Heyne*. —  
acc. index uberrimus. Editio tertia auctior  
et emendatior. Londini, typis Richaby, im-  
pensis T. Payne. 1793. 4. VIII. voll. cum  
figg. aen. — Eadem editio: IV. voll. 8.  
cum figg. aen. — Eadem editio, sine figg.  
aen. IV. voll. 8. conf. ephem. litter. Got-  
ting. a. 1794. nr. 47. pag. 46 sq.

*Virgil.* in usum scholarum ad Londi-  
nensem Heynii edit. exactus; excisis disqui-  
sition. excursibus et notarum iis, quae ad  
iuniorum commoditatem minus pertinere vi-  
debantur. Londini. Payne. 1793. 8.

*Virg. opera*, tom. I. et II. Parmae, in  
aedibus Palatinis, typis Bodonianis. 1793.  
imper. fol. curante D'Azara. Quae pecu-  
liaria habet splendida illa editio, ea adnotan-  
tur in ephem. litterar. Gotting, a. 1794, nr.  
203. m. Dec.

*Virg. Opera*, locis parallelis ex antiquis  
scriptoribus et annotatt. delectu illustrata, in  
usum iuuentutis. Acced. tabb. geographicas  
et index Maittaireianus. Oxon. e typographeo  
Clarendoniano. 1795. II. voll. 8. Textus  
est is, quem constituit Heyne; ex cuius  
quoque ed. notae sunt excerptae. Ipse vero

*Heyne V. C.* nouam quamque splendide vestitu ornatam parat editionem; quae Lipsiae iam sub prelo sudare dicitur.

*Virgil. opera* emendabat et not. illustrabat *Gilbertus Wakefield*. Londini 1796. 8. II. voll. Noua est quodammodo textus recognitio: quaedam sunt ingeniose et feliciter restituta emendataque; multa vero temere infeliciterque tentata. Quae propria viderentur huius editionis, ea fere omnia diligenter excerpta sunt et comparata in *Monthly Review*, a. 1797. m. Mart. pag. 272 sqq. et m. Maio pag. 48—51.

Encyclopaediae latinorum poetarum pars IV. continet: *Virgils Aeneis*, herausgegeben von *Georg Heinr. Nöehden*. Brunswicki 1793. 8. Et contextus et notarum fundus est ed. Heyniana.

*P. Virg. Mar. opera.* Locis parallelis illustravit *I. Georg. Madlinger*, ciuis Alsatensis, Berol. sunit. Hamburgeri. 1798. mai. 8. Correcta est et venusta editio; at loca parallela sub textu tantum citantur; notae autem tam criticae quam exegeticae desunt: neque tulit opera plausum censoris in Ien. A. L. Z. a. 1798. nr. 323. m. Oct. col. 270 sq.

*P. Virg. Mar. Georgicon libri IV. des P. Virgil. Maro Landbau, vier Gesänge.* Uebersetzt und erklärt von *Io. Heinr. Voss*. Eutin et Hamburg 1789. mai. 8. In textu latino

latino constituendo maxime sequutus est rec.  
Heinsianam; haud pauca tamen mutauit,  
quinque codd. usus. Versio germanica ver-  
sibus hexam. celebratur: et animaduersi: ger-  
manicas scriptae sunt eruditae atque copiosae.  
Conf. Ien. A. L. Z. a. 1790. m. Oct. nr. 313.  
et *Degens Versuch* etc. II. pag. 580 sqq. —  
Idem Voss. pari ratione edidit et vertit Eclow-  
gas Virgilii. Hamburg. 1797. mai. 8.

*P. Virg. Maro*, (mai. fol. et venustissima editio,) imprime au Louvre par P. Di-  
dot l'ainé, au nombre de 250 exemplaires  
seulement, (tous numerotés et signés,) or-  
nées de XXIII. estampes d'après les dessins  
de Gerard et Girodet, peintres. Fascic. I.  
continet Bucolica et Georgica, mense Sept.,  
1797. — fasc. II. libros VI. priores Aenei-  
dos, m. Dec. fascic. autem III. libros VI.  
posteriores Aen. post tres menses in lucem  
esse proditurum, nuntiarunt ephem. litterar.  
Noriberg. a. 1797. nr. 77. — *Virg.* latin.  
cum noua versione gallica, notisque et dissert.  
præliminari, Paris. (1797.) 12. III. voll. per  
*le Blond.* — *Blondii* Traduct. des Oeuvres  
de Virgile cum notis et diss. iam Paris lu-  
cem adspexerat 1783. conf. Journal ency-  
clopédique. a. 1783. tom. III, part. III. pag.  
460 sqq.

*Virgilii carmina et omnia et vero sin-  
gula toties in variis linguis sunt translate,  
ut omnipium enumeratione finis, huic opus.*

culo praefixos, longe transgrederer. Atque insignem earum nubem exstarunt editores Bipontini in notitia, in primis *de Blasenburg* in litterar. Zusätzen zu Sulzers Theorie etc. tom. I. pag. 10 — 20. voc. *Aeneis*, vbi praeterea permultas edit. Virgilii, addito interdum iudicio, refert, et eos indicat, qui vel simile Virgilianae Aeneidos argumentum vel historiam belli Troiani exposuerunt, vel Virgilium varia ratione sunt imitati, aut Virgilium illustrarunt. Pari modo versiones atque interpretationes *Eclogarum*, tom. II. pag. 97 sq. et *Georgicorum*, ibid. pag. 230 sq. enarrat. — Copiosius tamen recensuerunt versiones germanicas cl. *Degen* in Versuch einer vollst. Litteratur der deutschen Uebersetzungen der Römer, tom. II. pag. 545 — 634. — *italicas*, *Iust. Fontanini* in Eloquenza italiana, (Venet. 1737. 4.) p. 384 sq. *Quadrio* in Stqr. e rag. d'ogni Poesia, vol. IV. Mil. 1749. 4. p. 694 sqq. cum primis *Pantoni* in Bibl. saepius citata, tom. IV. pag. 149 — 225. — *anglicas*, *Brüggemann* in View etc. pag. 544 — 561. — *hispanicas*, *Lud. Ios. Velazquez* in historia poeseos hispanicae, ex lingua hispanica in germanicam translata a I. Andr. Dieze. (Goetting, 1769. 8.) pag. 198 sq. et pag. 459 sqq. Atque de versionibus *Guzmani*, (Georgic. Salaman. 1586. 12.) et *Lopez* (opp. Virgil. Madrit 1641. 4.) v. Specimen biblioth. Hispano-Maior.

Maiansianae — ex museo Dan. Clementis pag. 133. 141. — Ibid. pag. 37. Virg. opp, post omnes omnium editiones nunc demum reuisa et emaculatiora reddita, cum Ael. Anton. Nebrissemis ecphrasibus apud inclytam Granataim, 1546. 4. et pag. 96. Bucolica, serio emendata, cum scholiis Franc. Sancti Brocensis, Salmanticae 1591. 8.. (repet. in Sancti Opp. tom. II, p. 151.) paulo vberius indicantur, — De carminibus Virgilii et maioribus et minoribus, variorumque de minoribus poematibus iudiciis, de gallis versionibus tam metricis, quam profanicis, nec non illis, quae ludicra imitatione (*en vers burlesques.*) sunt expressae, denique de auctoribus gallicis, qui vel in genere de Virgilio vel de singulis eius carminibus aut locis versibusque in utramque partem disputarunt, docte copioseque agit iudicatque Goujet in Bibliothèque françoise tom. V. capp. VI — X. pag. 47 — 296. et tom. VI. pag. 371 — 404. Quare quia ego quoque non nullarum versionum et in Notitia hisque supplementis et in Introd. feci mentionem, in pauçarum commemoratione acquiescam, et potius ab aliis omissas addam.

*Kirgils* IV. Bücher von der Landwirthschaft, aus dem Lateinischen übersetzt und mit Anmerkungen begleitet von Joh. Heinr. Jakobi, Regimentsquartiermeister etc. Zweite verbesserte Auflage. Berol. 1797. min. 8,

Priop

Prior edit. Flasae 1781. 8. non probabatur criticis.

Editionem rarissimam: *P. Mar. Virg. liber Eneidos feliciter incipit*: in calce: — impressa ne la famosa citade de *Vicentia* per Herm. Leuilepide, 1476. 4. f. *L'Eneida*, ridotta in prosa per *Atanagio Greco*, et tradotta anticamente in volgare. (v. Pinelli catal. IV. pag. 302. vbi plures, praeципue *Hann. Cari*, versiones italicae significantur,) copiose describit *Paitoni* l. c. pag. 158 sqq. et *Atanagii*, (quem se nescire fatetur *Maittaire* pag. 370. not. 3.) nomen fictum esse suspicatur, corrigitque aliorum errores. Adde *Panzet* III. pag. 509; et *Paiton.* l. mem. pag. 162 et 163.

*L'Eneida di Virgilio*, volgare. Bologna 1491. 4. Hanc non esse versionem Aeneidos, sed carmen ignoti hominis, qui ab Aeneide Virgiliana tantum sumvit argumentum, monuit *Morelli* ad catal. Piell. tom. IV. pag. 284. adde *Panzet* I. pag. 223. — *L'Eneide* tradotta in versi Italiani da *Clem. Bondi*. Parmae 1790.

*P. Perrin* versio Act. gallica cum textu latino et notis. Paris. 1658. 4. II. part. — *Eslogas*, gallicis versibus expressae. Paris. 1793. 8. Parum laudatur versio in: Neue Bibl. der schön. Wissensch. vol. LII. tom. II. pag. 365 sqq.

Abb.

Abb. *Delille versio metrica Virgil. Geor-*  
*gicorum gallica*, quae mire placuisse dici-  
 tur \*) Voltario et Friderico II. regi Borusso-  
 rum, et saepissime typis renouata, in omni-  
 bus forinis (duodecies in 18.) cum prole-  
 gomenis et copiosis adnotata. ex prima edi-  
 tione in 8. recusa fertur in 4. litteris Di-  
 doti. Huic splendidae editioni additur tam  
 quam appendix et pars secunda moralis Vir-  
 gili Georgicorum, *L'Homme des Champs,*  
 ou les Georgiques Françaises, poësie en IV.  
 chants par M. Jacq. *Delille*, quod opus sub  
 prelo sudabat, (et forsitan reliquit prelum,) Argentorati. Illius autem notitiam debeo ek.  
 Boetticherero, qui specimen dedit in *Wielandi*  
 neuem teutschen Merkur a. 1797. part. 8.  
 pag. 339 sq.

In linguam *Lusitanicam* transtulit Eclo-  
 gas et Georgica, *Leonet de Costa*. Lisboae,

1624.

\*) At enim critici, lingue latine periori-  
 bus, *Delille* haud aequa suam probauit in-  
 terpretationem, quamquam vespertinam. Cen-  
 sor enim editionis tertiae (cum notis et figg.  
 Paris. 1770. m. 8.) in biblioth. philol. vol. I.  
 part. IV. Göttingae 1770. 8. pag. 138—159.  
 multa culpsuit. Acinus tamen et seuerius  
 de ea tulit iudicium Clement in; Observa-  
 tions critiques sur la nouvelle traduction en  
 Vers François de Georgiques de Virgile etc.  
 Genou. 1771. 8. nec vero hic eiusdem cen-  
 soris (in bibl. phil. loc. cit. pag. 159—166.  
 illas Observatt. copiose persequunt) opinio  
 satisfecit exspectationi.

1624. fol. — Aeneidos libr. Ie. Frant. Barretto, ibid. 1759. 8. (teste Blanckenb. l.c. I. pag. 14.) et 1761. 12.

*Aeneidos libros carmine anglico reddidit*  
*Jac. Beresford.* Oxon. 1795. 4. — *John*  
*Philipps* in carmine: *On Cider* (edit. 1706.  
 rec. cum eiusdem operibus poetis in vol. VI.  
 Operis inscripti; A complete Edition of the  
 Poets of Great Britain. London. 1794.) feli-  
 citer imitatus dicitur Virgilii Georgica. —  
*Jo. Morrison*, annos XII. natus, libros II. et  
 IV. Aen. in *anglicos* versus transtulit 1787. 8.  
 eiusque labor a critieis popularibus laudatur.

*Belgici* versus est Virg. Aen. a *I. b. Vondel*. Amsterd. 1646. 4. et 8. et 1737. 4. — In linguam Suecicam translate est Aeneis ab *A. Nicandro*, Holmiae 1751. 4. — *Eclo-*  
*gæ*, versibus Suecicis, ibid. 1746. et 1752.  
 4. — *Bucolica Danico* carmine reddidit  
*Petr. Iau. Roiskilde*, 1680. 8. et *Andr. Tract*  
 sub titulo: *comoedias Bucolicae Mantuanæ*.  
 Hafniae 1709. 8. — *Georgica* carmine Da-  
 nico, *Mich. Chr. Raun*, s. *Coruinus*, Hafniae  
 1680. 8. — *Bucolica et Georgica, danico-*  
 metrice, edidit *Petrus Barous*, Ripens. Haf-  
 niae 1680. 8. v. *Alberti Thura* idea hi-  
 storiae, litterar. Danorum, (Hamburgi 1723.  
 8.) p. 320 sq. — Add. vers. *Danicam* per  
*F. Ch. Schoenau*. Hauniae 1753. 8. — *Bu-*  
*colica, danice*, cum textu latino, ita ut sin-  
 guli

guli poetæ versus singulis verbis dani ex-  
primantur, per S. H. Wold. Hauniæ 1781.

8. — In linguam *Hungaricam* metrice con-  
vertit Virgil, Eclogas *Ioseph. Rajnis*, Pres-  
burg, 1790. (1789.) 8.

Pag. 250. lin. 7. loco *dinegauit* leg. ab-  
*indicauit*.

*Ad pag. 251. lin. 2 et 3.*

De libro *Critical* etc. (in quo Warbur-  
toni sententia atque interpretatio paullo acrius  
perstringitur;) v. Philolog. Biblioth. vol. I.  
part. III. Gotting. 1771. 8. pag. 81. *War-  
burtoni* autem dissert. inserta est ejus libro:  
*Divine Legislation of Moses* etc. tom I. libr. II.  
sect. IV. et nonnullis additionibus locupletata  
*Warburtoni* ed. Virg. lat. et anglice, Lond. 1753.  
8. vol. III. pag. 1 - 76. præfixa. Warbur-  
ton autem contendit, a Virg. Aen. VI. 664 sq.  
descensu ad inferos representari initiat. Ae-  
neae et descriptionem pompa Eleusiniae eo-  
ruin, qui initiantur, oculis exhiberi solitae:  
quæ tamen noua atque ingeniosa expositio  
neque *Heynio* in *Excursu X.* ad *Virgilii* lo-  
cum (pag. 803 sq. tom. II.) placuit, neque  
*Ed. Gibbon*, in: *Critical Observations on  
the Design of the Sixth Book of the Aeneid*:  
Lond. ap. Ehusly. 1770. 8. quæ dissipatio,  
quod pauca tantum illius exemplaria for-  
malis descripta erant typographicis, recusa  
est in: *Miscellaneous Works of Ed. Gibbon*,

(cum

(cum eius vita ab ipso scripta et notis etc.  
*Io. Sheffield,*) Londini. II. voll. 1796. 4.  
 tom. II. nr. IV.

*Ad pag. 251. lin. 4.*

Post voc. on *Virgil.* insere: *with some other classical Observations etc.* Pars notarum *Holdsworthi*, (denati 1746.) et *Spencii* iam publicata erat in ed. *Warton.* Holdsworthum tamen, ut multa Virgilii loca praeclare explicaret illustraretque, haud pauca vel perperam interpretatum esse, vel multa adtulisse, quae ad meliorem Virgilii intelligentiam parvum facerent, pluribus ostendit vir doctus in Bibl. philol. cit. pag. 406 sqq. et, quod Holdsw. ex cod. quodam Stoschiano, qui Seruui opera, et ab initio vitam Virgilii, *Donato* vulgo tributam, et nomine eius suppresso, ab editaque mire discrepantem, continet, illam vitam euulgauit pag. 410 sqq. censor eam contulit cum editione Heyniana, et omnes lectiones, valde diuer-  
 fas, enotauit.

*Ad pag. 251. lin. 11.*

De illo Henleii libro v. ephem. litterar. Gotting. a. 1789. p. 639 sqq. *Henley* autem disputat contra *Rob. Lowth* sententiam, de ecloga IV. in Praelectionibus de sacra poesi Hebraeorum, praelect. XXI. propositam. Alius quoque anenýmus scripsit *Observations on the*

the Sentiments of Bishop Löwth etc. 8. sine  
anni nota: (*Brüggemann* pag. 565.) Atque  
plurium ingenium et diligentiam saepe ina-  
niter torcit illius eclogae interpretatio. Vide,  
quos citati in *Introduct.* II. pag. 321 sqq. et  
*Heyne* in argumento illius eclog. Sibyllae  
vaticinationem; a Virgilio ingeniose ad na-  
tales nobilis pueri translatam; de Christi na-  
talibus esse intelligendam, cum aliis statuit  
*Cudworth* in system. intellect. cap. IV. §. 16.  
pag. 412 sqq. tom. I. ex interpret. lat. Mos-  
hemii; iure dissentientis; ed. Leiden. 1773.  
4. — In *Is. Vossii* variarum obseruationum  
libro; (Londini 1684: 4.): est pag. 234 sqq.  
interpretatio eclogae IV: — De eadem agit  
*I. Tortitt* in suis Remarks on ecclesiastical  
History; vol. I. pag. 294 sqq. — item an-  
onymus in prima epistola libri: Letters to a  
Friend: Concerning the LXX Translation  
and the Heathen Mythologie: Edinb. 1759:  
8. — In Georgica et IV: eclogam in:  
Town and Country Magazine, mens. April:  
pag: 186. et Mai. pag. 246. a. 1783: atque  
in supplementis illius a. 1787. p. 580: —  
*Dan. Wolleb*; phil. et med. D. delectus no-  
tarum ad Virg: eclog: IV: Basileae 1789: 4.  
Ille putat, nec voto aliis persuadebit, Virgil  
licet vaticinationes de Messia; quas tamquam  
fundum carminis sui posuisset, vel accepisse  
a Iudeis, vel in ipsis LXX interpretibus le-  
gisse. — *I. Lundblad*; eloq. et poef. Prof.

in diss. de argumento vaticinii Virgilianii, in Ecl. IV. Lund. 1790. sex diuerſas indicat examinatque interpretationes. — Pollio, Virgilii ecloga IV. germanice vertit notisque illustravit Lud. Christph. a Burgsdorf. Dresdæ 1789. 4. Notetur denique: Virg. ecloga IV. graecis versibus expressa ab Eusebio Pamphilo. Lutet. Frid. Morel. 1583. 4. — rec. in *Maittaire* miscell. carmin. pag. 139. et in *Heynii* edit. Virgil. excursu I. ad hanc ecl. addita crisi, et nota litteraria.

*Ad pag. 252. lin. 11.*

Franc. Campani quaestio Virgiliana prodicit quoque Bononiae 1526. 4. — Eadem adiuncta est Iani Perrhus libro, de rebus per epistolam quaesitis, ab H. Stephano edito 1567 et 1573. 8. conf. Introd. II. p. 328. Freytag analecta litter. pag. 196 sqq. et Clement. Bibl. curieuse etc. tom. VI. pag. 176. Inquiritur autem, num versus illi XXII. in Aen. II. v. 567 — 574. (vbi v. Burmanni et Heynii notas,) qui a nonnullis codd. et paucis antiq. edit. exsularunt, et quos a Tucca et Vario in Virgilii codice detractos esse ferunt, aduersentur illis, qui libro VI. 509. leguntur. — De Turcio Rufio, Aproniano Asterio, aliisque, qui codd. a se emendatis nomen suum subscribere solebant, v. H. Valles. de critica, ibique Burmann. p. 180 sqq.

*Ad*

*Ad pag. 252. lin. 25.*

Hoc pertinent quoque: *H. Meibomii imperatorum ac Caesarum rom. ex familia austriaca oriundorum descriptiones Vergiliano carmine.* Helmstad. 1589. 4. — Eiusdem *Cento Vergilianus de monomachia Davidis et Goliathi.* ibid. eod. anno. — *Probæ Falcomiae cento Virgilian.* est quæque in *Laur. Olai Wallii* scriptis latinis. Vpsal. 1635. 4. v. Fant histor. litter. graecæ in Suecia, pag. 59 sqq. — *Alex. Rosaci*, Aberdonensis, S. I. *Psychomachia Virgiliana*, et libri XII. Christianos, sub titulo Virgilii Christiani sive euangelisantis editi. Londini 1638. 8.

*Ad pag. 253. lin. 12.*

Valde augeri potest catalogus scriptorum, in quibus Virgilius varia ratione et fortuna explicatur, aut illustratur, aut defenditur. Atque praeter Fabricium et Brüggemannum, *de Blankenburg* II. citt. nubem elusinodi librorum libellorumque excitauit, et tamet, quod quidem neque mirandum est, neque culpandum, aliis reliquit spicilegium. Ego vero, quoniam et meuo, ne iniuste ingratisque operam in conquirendis et enumerandis, non dicam omnibus, sed quam plurimis scriptis posuisse videar, et vero mensentio imparem pleno catalogo contexendo; his, quae in Notitia et Introductione memoravi, nonnullorum addam notitiam.

Primum igitur quaedam enarrabo scripta, in quibus generatione de Virgilio aut pluribus carminum locis disputatum est.

*Iac. Pontani Symbolorum libri XVII.* quibus P. Virg. Maronis Bucolica, Georgica, Aeneis ex probatissimis auctoribus declarantur, comparantur, illustrantur. Augustae Vindelic. 1599. fol. — *Lugduni 1604. fol.*

*Alberti Gentili lectiones Virgilianae variae.* Hanou. apud G. Anton. 1603. 8. — *Nathan. Chytrai prolegg. in Virgil.* Rostoch. 1589. 8.

*Targ. Gallutii Virgilianae vindicationes et commentarii de tragœdia, comoedia et elegia.* Romæ 1621. 4.

Virgiliū, Horatiū et Ariostū comparat *Hieron. Cardanius de hominum antiquorum illustrium iudicio*, in tomo X. nr. 16. *Cardani operum omnium*, a *Carolo Sponio*, *Lugduni 1663. fol.* editorum. (de qua editione pluribus agitur in *Baumgartenii Nachrichten von merkwürdigen Büchern*, tom. XI. pag. 509—515.) — Alia comparatio instituta est a *Benio* in *Comparazione di Homero, Virgilio e Tasso*; ed a chi di loro si debba la palma nell' Eroico poema, del quale si vanno anche riconoscendo i precetti, con dar largo conto de' Poemi eroici, tanto Greci, quanto Latini ed Italiani, ed in particolare si fa giudizio dell' *Ariosto*. *Pauil*

tusii ap. Laur. Pasquatum. 1607. 4. et mutatis prima foliis, praefatione et dedicatione, sed additis tribus sermonibus, Patauji per Bapt. Martin. 1612. 4. v. *Massachusettsi Scriptorii d' Italia II. part. II. pag. 845* sq.

*Sam. Bocharti*, diff. de quaestione, num Aeneas unquam fuerit in Italia, ex gallico in sermonem latinum versa a Jo. Scheffera. Hamburgi 1672. 8. — Eamdem iquaestionem examinat, et oblii, in Virgilium addit *Car. Lamotte* in History of the works of the Learned etc. Londini 1737. 8. vol. II. pag. 1 sq. de quo aliisque libris aut commentationibus, v. *Brüggemann*.

Flores philosophici, ex Virgilii poematis collecti a Joach. Tellero. Lipsiae 1682. 8. — Apparatus Virgilii poeticus per Laur. Brun. Colon. Agrip. 1703. 8. II. voll.

In Introd. II, pag. 321. quaedam notari de *Vergerii inuestigatio*. Hic addam, *Zenum* in Dissertaz. Vossiane, tom. I. ubi pag. 51 sqq. multus est de Vergerio, pag. 56 sq. non solum ei adsequisse *Inuestigat*, sed etiam indicasse priam editionem, a Mich. Ang. Blondo, (Biondo) Venetiis fine anni nota, (probabiliter autem 1540.) 8. publicatam.

*Virgilius a calumniis vindicatus*, auctore Guit. Modico, Monteserratenſi etc. Perusiae 1575. 8. v. Goetz. Mem. biblioth. Dresd. tom. II. p. 351 sq. et Freytag analecta litt.

pag. 603, — *Remarques sur Virg. et sur Homere.* Paris. 1705. 8.

Dō conditione animi post mortem secundum Homerum et Virgilium differit. *Io. Whiston* in sexta disput. pag. 205 sqq. operis; *Six dissertations upon different subjects.* Londini 1755. med. 8. Auctor Virgilium sectarum esse putat in hac doctrina Epicuri somnia. — *Io. Car. Volkorth* super fructu, quem interpres e Homeri e Virgilii lectione capere possit. Göttingae 1777. 4. — *Io. Dan. van Hoven* in *Campensibus siue spicilegiis critico-antiquariis etc.* Amstel. et Campis, 1779. 4. nr. 5. curas Virgilianas, siue specimen hebraismorum Virgilii primum dedit. Sed quis illum sequetur? *Io. Andr. Beaign. Bergsträßer* progr. über einige Stellen des Virgils zur Erläuterung der Wörter *Indigena* et *Indiges.* Hanou. 1798. 8. — *De defensoribus Virgilii cum Homero comparati,* v. Hist. de l'Acad. des B. L. et I. vol. I. pag. 176 sqq. — *In Curiosities of Literature: consisting of Anecdotes, Characters, Sketches and Observat. literary, critical and historical.* Lond. 1791. 8. — ed. III. auct. 1793. 8. Murray, Virgilius acriter notatur, argumentis nec nouis nec validis. — *Georg. Waddelii* animadu. criticæ in loca quaedam Virgilii, Horatii, Ouidii et Luçani. Edinburg. 1734. 8. et Traiecti, ad Rhen. 1738. 12. — *Plura Virg. loca emendantur apt illustrantur a Rich.*

a Rich. Dawes et Thoma Burges, in Miscellaneis criticis, (Oxon. 1781. 8.) passim, et a Io. Toupio quater in I. et II. volum. Emendationum in Suidam et Hesychium, (Oxon. 1790. 8.) — Ian. Parrhas. in libro de rebus per epistolam quaeſitis, p. 162 fqq. (edit. Stephani, 1577.) haud paucā Virgilii loca emendat illustratque.

Ad interpretationem *Bucolicorum* pertinent. *Fraguier* diss. sur l'Eclogue, in Mem. de l'Academ. Paris. des B. L. etc. II. pag. 141 fqq. — *Virgils Ecloga I.* cum *Engelii obſſ. critico-aestheticis*, in Magazin der Philos. und schönen Litteratur, fasc. III. nr. 1, Mogunt. 1785. 8. — *Vossit* interpretatio Virgil. Ecl. III. 84—91. in *Henning's libra menstruo, der Genius der Zeit.* Altonae m. April. a. 1796. 8. pag. 409 fqq. — Ad Ecl. VII. 18. 19. eristicae Telleri atque Heynii commentatt. in Gedicke und Biſter Berl. Monatsſchrift m. Febr. et Jul. 1783. — *Io. Macpherson* animaduerſſ. in Ecl. IX. 34. in eius Critical Dissert. on the Caledonians, Picts etc. pag. 205.

Scholia in Virgilii Bucolica per *Jod. Killichium*. Raſil. 1540. 8. — *Mich. Barthii* commentarii in Virg. Bucol. Lipsiae 1570. 8. — Virgilii Bucol. explicatio, auct. *Iacob. Camerario*. Argentor. 1556. 8. — *Eoban Hessi* annotatt. in Bucolica. Acced. Scholia Leonh. Kälmanni. Argentorati 1540. 8. H.

*Stephani obit.* in Virgilianas et Nef. imitationes Theocriti adnexas sunt eius minori Theocriti edit. 1579. 12. — In *P. Virg. Mar. bucolica Iosach. Camerariis* post omnes aliorum non contemnenda explicatio. — *Io. Sturmii* in priores III. eclog. commentarius. Argentor. 1568. 8.

In explicandis *Georgicorum* libris locis-  
ve multi V. D. sunt versati. E multis pau-  
corum nominaboh scripta.

A Diss. on Virgil's Description of the ancient Roman Plough — To which is added, critical Objections against the Ploughs of Mssrs Spence and Martyn, manifestly shewing them to be entirely erroneous. By *A. J. des Carrieres*. Lond. 1788. 8. Author sibi videtur in pondere quodam veterano aratum, prout in Virgilii Georgicis describitur, reperisse et singulas persequitur partes. Sed in ephem. litter. Goetting. animaduertit censor, opinabile illud unicum antiquitatis monumentum nihil aliud esse a romanum assent cum prora nauis, et frequenter conspici in collectionibus numis-  
maticis.

*Io. Stigelii* commentarii succinchi in *Virg. Georgica*. Mulhusii 1574. 8. — *H. Hobani Hessi* adnotat. in *Virg. Georgica*. Col-  
lon. 1582. 8. etc.

In *Caspar. Dornusii* amphitheatro sa-  
pientiae Socraticae ioco-seriae etc. Hanou.  
1619.

1619. fol. est tom. I. pag. 155. sputum res. publica Virgiliana, pag. 159. *Georgii Galli Chrudimeni Bohemi de apibus synopsis Virgiliana poemation*, et p. 785. vitae rusticæ enconium ex Virg. Georg. II.

*Racine*, in recitatione de carininihas didacticis (in Historia acad. Parisi. Inscript. ex Gottschediae germanica interpretat. tom. VI. pag. 131 sqq.) inter alia comparat Virgilium cum Lucretio.

A Dissert. upon eight Verses in the second Book of *Virgil's Georgic*, by Edw. Holdsworth. London 1748. 4. Sed de hac dissert. aliisque Addisoni, Bradleii, Bentleii, Blackwelli, Dicksonij etc. Obsr. in Virgil. Georgica v. Brüggemann pag. 562 sqq.

Quatuor Georgic. loca (I. 113. II. 232. IV. 246. et I. 84.) explicat Cartheusor, Prof. Giessens. in progr. quodam, Giesae 1777. cuius summam leges in Volborthi Neuen philologischen Bibl. vol. IV. (Lipsiæ 1778.) pag. 122 sqq.

I. H. L. Meyerotto in libr. de rebus ad auctores quosdam classicos pertinentibus dubia, (Berol. 1785. 8.) pag. 1—68. per multa Georgicorum et Aeneidos loca perloquitur, in illorumque interpretatione haud raro ita discedit a sententia atque expositione Heynij V. C. ut modestiae atque verecundiae exemptum aliis ad imitandum possit proponi.

*Io. Lud. Kämme*, Rect. scholæ cathedrales Bremens. progr. de mari purpureo *Virg.* Georg. IV. 373. Bremae 1786. 4. — *Io. Heinr. Voss* über des Virgilischen Landgedichts Ton und Auslegung. Hamburg 1791. min. 8. — *M. B. Fr. Schmiederi* progr. *Eurydice*, nach dem Virgil (Georg. IV. 453 sqq.) und Ouid (Metamorph. X. initio) verglichen. Halae 1791..8.

Vt ex iis, V. V. D. D. qui varia ratione commentati sunt in *Virgilii Aeneida*, paucos producam in medium, tempus et instituti ratio me admonent.

*C. S. Villanouas* supplément ad Aeneida sive librum decimum tertium, Paris. 1698. memorauit quidem in Introd. II. pag. 329. sed curatius de eo disseruit *Freytag* in *Auselect*, litter. p. 1054 sq. ubi quoque pag. 1057 sqq. quaedam antiquiores Virgilii editiones recensentur.

*Fraguier* de ratione, qua Virgilius imitatus est Homerum, in *Mémoires de l'Acad. des Inscript.* II. pag. 141 sqq. — *Boivin* de lite inter Homeri et Virgili admiratores, in *Hist. illius acad.* ex versione Gottschediae I. pag. 200 sqq.

*Jod. Willichti* chronologia in Aeneida Virg. Françof. V. 1551. 8. — *Seb. Corradi* commentarii in Virgil. librum I. Aen. Florent. 1555. 8. — *Mel. Lubani* archetyporum analyticorum ad integrum Virgilii Aenei-

Aeneidem, libri VII. Lignic. Sil. 1610. 4. —  
Seb. de Matienzo commentatt. in Virgilii Ae.  
neidem. Lugd. 1662, 4. — Ios. Sezii elab.  
vis Aeneidos, cum nott. et tabb. Hal. Sueor.  
1657. 4.

Virgilius restauratus: sive *Martini Scrib-*  
*leri* — castigationum in Aeneidem specimen.  
Londini 1746. 8. et insertum *Alex. Pope*  
Opp. Lond. 1752. 8. vol. VI. pag. 271 sqq.  
Aliorum Anglorum obss. in Aeneid. refert  
Brüggemann l. c.

*Io. Frid. Behrendt.*, commentat. Virgilii  
locorum vindex etc. Berol. 1746. 4. Exa-  
minat quasdam Aen. I. 591. IV. 90. V. 751.  
emendatt. ab Heumanno in bibl. Hamburg.  
propositas. conf. ephem. Lips. litt. a. 1746,  
nr. 46. — Idem loca plura Aen. I. explicat  
illustratque in progr. s. aduersariis ad dubia  
auctorum loca. Seruestae 1755. 4. cap. V.

*A. G. Kästner* super Aen. III. 513 sqq.  
in Volborthi neuer philolog. Bibl. vol. II.  
Lipsiae 1777. pag. 3 sqq.

Plan de l'Eneide de Virgile ou Expo-  
sition raisonnée de l'Economie de ce poème,  
pour en faciliter l'intelligence etc. par M.  
*Vicaire*, Professeur Emérite d'Eloquence et  
aneien. Recteur de l'Université de Paris. à  
Paris, chez Debure. 1788. 12. Est labor  
XXX annorum, et omnes scriptores, qui ad  
illistrandum poema conferrent, a se lectos  
esse adfirmauit.

M.

M. Cor. Aug. Röttiger (tum Rect. scho-  
lae Guben.) progr. explicatio loci Virgil.  
Aen. VIII, 208 — 303. Guben. 1789. 12.

Dissertazione sull' Episodio degli Amori  
d'Enea e Didone introdotto da Virgilio nell'  
Eneide; detta in Mantova dall' Abate D.  
Giovanni Andres, nell' Accademia di Scienze  
e belle Lettere. Cesena 1788. 4. Demon-  
strare adnititur, Virgilium, dum fingit, Ae-  
neam venisse ad Didonem, sequutur esse  
historiam, et famam historice veram esse  
putat, Belum Sidonii, atque Teucrum Sal-  
minis in Cypro conditorem eodem vixisse  
tempore, quod quidem adsumit Virgil. Aen.  
l. 619. Enarrero historice id demonstrare  
non debuit Andres, nec prouocare ad Neu-  
tonii contortum temporis ordinem, initia  
Carthaginis et Troiae distare tantum XXI.  
ann. Sed id efficitur, si in tabulis poeticis  
dicuntur Belus ac Teucer simul vixisse, inde  
sequi, Pygmalionem, Beli filium, Didonem  
atque Annam potuisse secundum fabulas  
poeticas eodem fuisse tempore. Virgilius,  
vt poeta, amplexus est partim falsas veteres  
temporis rationes de Didonis aduentu in  
Africam, partim veterem quamdam famam.  
Hanc igitur sequi aut sibi conuenientia fin-  
gere potuit poeta. Reliqua diluit argumenta  
censor libri in Gotting. ephem. litt. a. 1789.  
plag. 116.. adde Heyne ad Virg. Aen. I. 619.  
in nota et in excursu XXIII.

Ueber

Ueber die Beschreibung der Fama beym  
Virgil. Aen. IV. 173 sqq. in *Schirach's Magazin* der deutschen Critik. vol. II. part. I.  
Halae 1773. mai. 8. pag. 47 sqq. — Ibid.  
pag. 245 sqq. est specimen nouae versiouis  
Aeneidos.

*Eckhardi* progr. de ritu antiquissimo per  
ignes et carbones incendendi ad loc. Virgil.  
Aen. XI. 758 sq. Illeiaci 1791. 4. Praemi-  
sit quaedam de episodio de Camilla, et Vir-  
gilii fictionem, quo modo illa a patre fuerit  
ab interitu seruata; a culpa imptabilitatis  
vindicat: tota autem actio de lustratione in-  
telligenda videtur etc.

*Henr. Credt* tria loca emendat illustrati-  
ve, et Aeneida germanice vertere coepit in  
Animaduisionum in loca quaedam veterum  
poetarum eorumque vertendorum pericolo:  
Marburgi 1792. 8.

In *Iani* obff. criticis part. I. 1784. de  
loco Aen. II. 471. agitur.

In *Car. Phil. Conz. Museum für die griechische und röm. Litteratur*, Tiguri et Lips.  
1794. 8. part. I. sunt 1) super Virgilio et  
Aen. e Bodmeri msto: nr. 4. pag. 83—103.  
Bodmer acute quaedam monet contra ordi-  
nem s. consilium Virgil. in Aeneide, atque  
epicum poetae ingenium; idem suspiciones  
quasdam addit, cur Virgilius, ut opus suum  
ad posteros perueniret, toluerit; sed nr. 5.  
aque acute Bodmerum refutat Hottingerus;  
dēni-

denique nr. 7. est M. Neufferi specimen versionis episodii de Niso et Euryalo, in Aen. IX. versi hexametr.

*Benedict. Mariani* explicat locum Aen. I. 246 — 253. de situ urbis Patauli, in Saggi scientifici e letterarii dell' Accademia di Padova: tom. III. part. II. Patau. 1796. 4. class. histor.

*Ad pag. 253. sect. 7. lln. 3.*

De *Culice* vid. Introd. II. pag. 277 sqq. et, quae ibi de *Bombi* ed. scripsi, his adde *Mazzuchelli* Scritt. d' Italia II. part. II. pag. 766. qui, et *Niceron* in Mem. erudit. tom. IX. pag. 446. ex vers. Baumgart. memorant quoque edd. Lugduni apud Seb. Gryphium 1532. 8. et Florent. 1564. 8. et *Heyne* in IV. tom. Opp. Virgil. init. qui se in altera recensione paullo licentius versatum esse in lectione mutanda fatetur: *Culex* Virg. cum comm. Fr. Taubmanni. Wittebergae 1609. 8. — *Culex* exstat quoque in *Dornauis* amphitheatro sapientiae etc. tom. I. p. 113 sqq. — Minorum Virgilii carmipum, praecipue *Culicis*, multis locis criticam opem adtulit *F. Jacobs* in specimine emendationum in autores vett. (Gothae 1786. 8.) cap. 17. pag. 89 sqq. — Collectio minorum opusculorum, quae editor a Virgilio iuuene scripta esse putat, est sequens opus, inscriptum:

*P. Virg. Maronis Opera*, ab ipso pri-  
mum edita. Studiosis lucubrationibus *Odo-  
vii Scarlatini* nobilis Bononiensis examinata  
et exposita cum commentariis et obsf. am-  
plissimis, nec non paraphrase italico metro  
concinnata, in duos tomos distincta. — Bo-  
noniae 1697. fol. In tomo I. continentur  
*Calex*, *Dirae* in Battartum, *Ciris*, *Moretum*;  
reliqua carmina in tomo II. v. *Paitosi* Bibl.  
degli — volgarizzati, tom. IV. pag. 223 sq.  
In Corpore poetarum lat. siue Raccolta di  
tutti i Poeti Lat. vol. VII. Mediol. 1734. 4.  
est versio Culicis, *Ciris* et Moreti ital. a  
*Biacca* sub nomine *Parmindo Ibichenſis* con-  
fecta. v. *Mazzachell.* l. c. pag. 1117. in-  
primis *Paiton.* l. c. pag. 149 sq. et p. 224. —  
*Calex* et *Ciris* in notis ad Anthol. vett. lat.  
epigr. etc. vol. I, ed. Burin. passim saepeque  
corrigitur et explicantur.

*Ciris* esse genuinum Virgilii poemationem,  
contendit quoque *Thom. Warton* in History  
of English Poetry, Lond. 1781. 4, vol. III.  
sect. XL. pag. 406 — 409. — *Catullo* tri-  
buit id carmen *Iconius* in libello inscripto:  
*C. Valerii Catulli* casta carmina, ad usum  
studiosae adolescentiae selecta, ab *Raphaello*  
*Eglino Iconio*, Tigurino. *Eiusdem* adver-  
sus *Ios. Scaligerum* vindicias *Ciris Catullia-*  
*nae*: — Access. *Gaspar. Schoppii*, Franci,  
epitheta et synonyma poetica, cum notis  
eiusdem in *Claudii Verderii* censionem. E  
typogr.

typogr. Wolfgang. Richteri. f. l. c. 1513 v. t. 12.  
(sed leg. c. 1513 c. v. n. nam praeſ. scripta est  
Tiguri 1603.) refutat eum Carp. Barth in  
praeſat. coamittatioſſ ſui in *Virgilii Cirin*  
scripti. Idem Cirin adſerit Virgilio in anima-  
du. in Claudian. in Ruffin. II. 252. pag.  
46. — De Cope critisque auctore v. Bur-  
mann in Anthologia clt. vol. I. pag. 707 ſqq.  
vbi illud poematione recuſum, et emendatum  
atque illuſtratum eſt.

Ad pag. 254. fin. 5.

Adde Wernsdorf poet. lat. min. tom. V.  
part. III. pag. 1452.

Ad pag. 254. fin. 11.

Add. Wernsdorf. in supplemento ſue  
tom. V. part. III. pag. 1468 ſqq. et p. 1472.  
Obſeruat; ab Amerithio quoque in Specimine  
vet. rom. litteraturae deperditae; part. I. pag.  
203. poema de Aetna tribui Eutilio, indice  
Seneca ep. 80. — Idem Wernsdorf tom. IV.  
pag. 28 ſqq. copioſe docet; id carmen ſub  
Cornelli Sueri nomine aliquoties eſſe edi-  
tum, praecipue a Theodoro Gorallo; h. e.  
Cleris; cum suis allorumque notis; Amstel.  
1703. apud Henr. Schelte; et, in nouato ti-  
tulo; apud Dau. Mortier 1715. 8. tum ita-  
tit a Claudio Nit. Stampa verſum cum textu  
latino. in Corpore poet. latin. euth. verſione  
italica; Mediol. 1731. tom. X. pag. 177. et  
in

in linguam gallicam conuersum, cum sententiis Publ. Syri, et animaduersionibus atque dissertat. criticis, historicis ac geograph. latine et gallo-francice. *PL. I. Accarias de Serione.* Paris. 1736. 8. denique in linguam germanicam a *Conr. Arn. Schmidio*, Brunsiae 1769. 8. Tamen agit de commentatoriis atque interpretibus. Conf. meam Introduct. II. pag. 403 sqq. vbi de *Cornelio Seuero* egi, et *Menkenii* ac *de Rooy* obss. criticas in *Seueri Aetnam* iam laudauit, et in Noritia etc. pag. 293. → In Actis societatis lat. Ienensis, vol. V. pag. 3 sqq. insunt lectiones codicis *Florentini* in *Cornelii Seueri Aetnam*. Sed *Matthaei* ex biblioth. Kulenkampii habuit exemplar ed. *Pithoei* a. 1590. 12. cui plures legit. et cum maiore cura ex codice illo Florent. adscriptae sunt probabiliter manu *Nic. Heinisi*. (v. *Burm.* ad *Ouid.* *Metam.* I. 85. et compara *Burmann.* II. praefat. s. dedicat. ad *Antholog.* latin. etc. I. pag. LIII.) *Matthaei* autem, id carmen, quod etiam *Lucilio* adserit, ante Wernsdorf. separatum editurus erat, et compararat XI. vett. edit. in his duas Catalectorum Aldinas a. 1517 et 1534. 8. pluribus locis discrepantes, alia que collegerat subsidia. Post carmen istud a Wernsdorffo editum abiecit quidem id consili; sed in noua bibl. litterarum elegantiorum etc. tom. LIX. part. II. Lips. 1797. 8. pag. 311 sqq. nr. XII. (vbi dedit supplementa

quaedam ad Wernsdorffianam Aetnae editionem,) primum de suo dixit adparatu. Nam praeter edd. et cod. Flor. V. L. memoratas acceperat ab Heeren collationem exigui fragmenti, XVI. versuum scripti, et adiuncti vultus eiusdem Claudio edit. in biblioth. Medicina, (v. Bandini catalo. cod. bibl. Medic. tom. II. coll. 96. cod. I.) et a Friesmanno Pithoci exemplar, cui etiam eiusdem cod. Medic. V. L. ab Schraderi margini cum variis Schraderi coniecturis erant adscriptae. Quo facto pag. 316 sqq. ad versus 137 — 276. e fragmentis illis missis. varias lectio-nes curatius excerptas dedit, suo frequenter interposito iudicio suisque intextis emenda-tionibus atque coniecturis.

*Valerii Catonis dirae in Battarum* cum animaduersis. Ios. Scaligeri et notis ineditis Nic. Heinsii, quibus et suas adiecit P. Bur-mannus II. agmen carminum vett. claudunt in collectione s. Anthologia Burmanniana p. 647 sq. tom. II.

*Frid. Jacobs* in Biblioth. der alten Litte-ratur und Kultst etc. part. IX. (Göttingae 1792. 8.) *Diras* non plane abnegat qui-dem *Valerio Catoni*: sed ingeniose suspi-ca-tur docetque acute, carmen, prouti hodie legitur, duabus iisque diversis constare par-tibus seu poematisbus, quorum alterum a vers. 1—103 contineat *Diras*; alterum vero, siue reliquos LXXVII versus, esse ex Valer. Ca-tonis

tonis carmine, (quod deperditum habebatur,) *Lydia* inscripto, et ratione argumenti, consilii et orationis a priore omnino diuersum. Idein opinionem *Wernsdorff*, carmen, quod in Catalectis Petronii seruatum legitur, *Lydia, bella puilla candida* etc. a *Valerio Catone* fuisse compositum, iafirmam et lubricam esse iudicat.

*Ad pag. 254. fin. de Priapeis.*

Inscriptio vera ed. Francofurt. haec est: *Priapeia* sive diuersoruhi poetatum in Priapum lusus, illustrati commentariis *Gasperis Schoppii* Franci. *L. Apuleii* Madaurensis *Avechophenos*, ab eodem illustratus. Adiunctae sunt *Heraclii* imper. *Sophoclis* sophistae, *C. Antonii*, *Q. Sorani* et *Cleopatrae* Reginas epistolae de propudiosa Cleopatrac Reginae libidine, nunc primum inuentae et editae, Francof. ad Moen. c 1515 vi. 12. sed scribendum erat c 1510 c vi in titulo. Praef. enim seu epist. scripta est Ingolstad. 1596. et Seioppius primum adspexit lucem 1576. Scioppius tamen postea negauit, se esse impurissimi istius foetus parentem, ac Melchiori Goldasto adtribuit, qui Scioppili nomine esset abusus. v. *Oporinum Grubinum*, qui est ipse Scioppius, in Amphotid. Seioppianis, pag. 102. et (*Groscurf.*) in noua librorum rationum conlectione, fascie. I. Halec 1709. 8. pag. 151 sqq.

## Ad pag. 255. fin.

*Lessing* in Vermischten Schriften part. I. pag. 282 sq. Berol. 1771. 8. aut p. 263 sq. ed. ib. 1796. quaedam Priapeiorum loca ex cod. Guelferb. et c. Rhedinger. Breslau. corrigit. Idean animaduertit, Lindeabruichum nouam, eamque emendatiorem auctioremque Adpendicis Virg. editionem paene prelo paratam reliquisse, ut exemplo suo, quod in biblioth. Guelferb. ducali seruatur, multas adscriptissime emendat. ac supplementa, in eoque etiam e cod. inssto Priapeiorum collato varias enotasse lectiones, quarum vero plurimas manifesto esse vitiosas, Lessingius ait.

## Ad pag. 255. fin.

*Eudocia* in Iovio pag. 69. tradit, Augustum scripsisse tragoeidiam *Aiacis et Achillis*, atque de sua ipsius vita rebusque gestis libr. XIII. Petrarcha vero, (adnotante Villoison in Anecd. gr. tom. II. pag. 262. not.) narrat Rerum memorabil. lib. I. cap. 2. p. 395. tom. I. Augustum scripsisse epigrammatum librum et epistolarum ad amicos, conditum facetissima grauitate et luculentissima breuitate, quod, ait, opus inexplicatum, et carie obesum adolescenti mihi in manus venit, nultum postea frustraque quae situm. — René d'Auber de Vertot Diff. on the Characters of *Augustus*, *Horace* and *Agrippa*, with a comparison between his two Ministers *Agrip-*

*Agrippa and Maecenas.* To which is added some Reflections on the characters of *Augustus*, *Maecenas* and *Horace*, and on the Works of *Horace*, by the earl of *Suffolk*; with a print from an ancient painting, representing *Augustus*, *Agrippa*, *Maecenas* and *Horace*. Londini 1740. 4.

Memoirs of the Court of *Augustus*. By *Thom. Blackwell*, I. V. D. — in the University of Aberdeen. vol. I. Edinburgh 1753. 4. — vol. II. ibid. 1755. — vol. III. continued and compleated from the original Papers of the late *Thom. Blackwell*, by *John Miller*, Esq. Edinburgh, 1763. 4. vid. *Brüggemann* *View etc.* pag. 572 sq.

*Ad pag. 256. fin. 4.*

The Life of *Maecenas*; with critical, historical and geographical Notes. Corrected and enlarged by *Ralph Schomberg*, M. D. Edit. II. Londini 1766. 8. Fundūs est liber *Meibomii* de *Maecenate*, sed multis expunctis, rescissis, aut correctis aliisque additis. v. *Brüggemann* pag. 573.

Inserendus est *Domitius Marsus*, cuius vero scripta omnia interierunt. Floryit temporibus *Augusti*, et habitus est epigrammatum scriptor in primis nobilis atque excellens, et a *Martiale* pluribus locis inter primos poetas collocatus. *Ovidius* libr. IV. epistoll. e Ponto, epist. XVI. numerat eum inter nobiles

biles carminis lepsi poetas. Eius epigramma ad Tibullum, inter carmina Tibulli, libr. IV. ultimum occupat locum: (receptum quoque in Anthol. lat. libr. II. epigr. 226, tom. I. pag. 416, edit. Burin.) De *Marso* autem, eiusque carminibus, quorum nomina super sunt, et fragmentis docte copioseque disputat *Broukhuf.* ad *Tibull.* pag. 407 sq. Adde *Spaldingii* notam ad *Quintil.* (qui eius aliquoties meminit,) I. O. libr. III. 1; p. 433; vol. I,

*Ad pag. 257. not. lin. 4.*

*Van Ommeren* in libro inferiori citando, in nota pag. 51. animaduertit, Capmartin de Chaupy non fuisse primum inuentorem; sed Batauum quemdam *Heerken* in Notabilibus libr. I. p. 29. illam villam primum descripsisse, hunc primum societati Arcad. Romanae id aperuisse, et addidisse, suam se inuentionem cum abbe quodam gallico, quem saepius vidisset apud pictorem Pesciaenum, et qui probabiliter is fuerit, qui postea edidit *Decouverte de la Maison etc.* communicasse.

*Ad pag. 258. nr. 4. lin. 7.*

Aut pag. 14. ed. Steph.

*Ad pag. 259. lin. 20.*

Enimvero principem illam editionem sine villa nota anni, loci et typographi cel. *Morell.* ad *Pinelli* catal. II. pag. 324 sq. ne gat,

gat, Mediolani a Zaroto factum esse, quoniam a Zarotti typis cum, quod ad charactrem, (in hac ed. romanum,) tum quod ad chartae genus pertineat, liber haud leuiter dissideret ipsi videatur.

*Horatii odar. libri IV. Epod. liber I.* carmen saeculare et ars poetica cum commentariis Acronis et Porphyriionis, curante Io. Aloysio Tuscano, etc. l. l. et a. et typogr. sol. paru. sed Romae. Desunt igitur sermones vel satyrae. In Catal. Ducis de la Vallière tom. II. p. 91. nr. 2466. Bure arbitratur, prodiisse opus ex officina Georgij Laueri. Contra Audiffredus in catal. rom. edd. saec. XV. pag. 413 sq. statuit, excusum id esse typis Barthol. Guldinbeckii: cui adfentiuntur Fossius catal. Magliabech. I. pag. 802 sq. et Bolongaro-Cresenza in cat. bibl. (ed. min. in 8.) tom. III. nr. 3869. vbi circa a. 1475. e prelo exiisse opinatur doctus annotator. — Rarissimis edd. adnumeranda est ed. Odarum, satyrarum et epistolarum cum arte poetica, s. nota, Neapoli per Arnaldum de Bruxella. 1474. 4. (Panzer A. T. II, pag. 155. II.)

*Ad pag. 259. fin. 25.*

Haec edit. Acronis comment. est princip. v. Clement Bibl. curieuse etc. I. pag. 42. et Panzer II. p. 16 sq. qui plures citat

Cc 4

V. D.

V. D. notatque, *de Burs* nr. 2716, perperam referre, Horatii textum cum Acrone esse impressum. — Idem *Panzer* l. c. pag. 15. dum ex pluribus catal. memorat edit. Hor. Opp. *Mediolanensem* per Zarotum 1474. fol. addit, Saxium pag. 563. ex catalogo quodam excitare edit. a. 1475. per eundem; at suspicatur, hanc forte esse eamdem cum ed. a. 1474. et ubi pag. 21, nr. 49. illam edit. a. 1475. ex Saxio refert, adiicit, est forte a. 1473? (forsan per errorem typogr. pro a. 1474. nam a. 1473. ibi ex ista officina Horatius non, exiit.) In bibl. *Pinell*: exstitit exempl. edit, Mediol. a. 1474. Zarot. cuin notis msst. saec. XVI. v. catal. Pin. II. pag. 325. ybi plures odd. Horat. indicantur.

*Ad pag. 260. lin. 1.*

Edition, Mediol. a. 1486. cum Acrone et Porphyri, castigauit *Alex. Minutianus*, eiusque praefatio scripta est in diali arce: *Gesner* in prolegg. pag. XXI. (ed. Zeunii,) an hoc est, ait, in palatio *Episcopali*? At vir quidam doctus in *Litterarischen Wochenblatt* (Noribergae 1770. 8.) tom. I. pag. 119 sq. suspicatur, intelligendum esse castellum Mediolanense, quod ciues Mediol. vocant *Castello di porta Zobia*; secundum autem dialectum Lombardicam voc. *Zobia* idem esse ac *Iouialem*, et *Zobe* usurpari ac pronuntiari

tiari loco Giove; arcem igitur dialom esse  
arcem Iouis.

*Ad pag. 260. lin. 4. et not. \*\*.*

Edit. an. 1481. sine loci nota prodit.  
Curatius illam describit Panzer IV. p. 144.  
nr. 641. et pag. 478. nr. 998.

*Ad pag. 260. lin. 12. et not. \*\*\*\*.*

Edit. Grüniger. num iure dici possit  
princeps in Germania, quae omnia compre-  
hendit Horatii carmina, dubitauit cel. Sey-  
bold. Hic enim primum in progr. quodam  
germanice scripto: (*Ueber die 3te Ode des  
zten Buchs von Horaz.* Grünstadt 1778. 4.)  
pag. 13. not. tradidit, se habere volumen,  
quod omnia continet carmina Horatii, typis  
Gothicis: in calce autem Epodon legi: *Im-  
pressum in inclita ciuitate Lipzgk per Bac-  
calarium Martinum Herbipolensem a. sal.*  
1492. Tum in progr. (*Ueber den Horaz.*  
ibid. 1779. 4.) suum exemplar curatius de-  
scriptis, et offendit, quo ordine, (per erro-  
rem bibliopegae confuso,) carmina ibi essent  
posita; et animaduertit, singula carmina pe-  
culiare habere inscriptionem et in fine:  
*finit foeliciter aut finis.* cum insigni *Martini  
Landsberg Herbipol.* typographicō, calci vero  
tantum Epodon ann. 1492. fuisse additum.  
(Hinc autem fieri potuit, vt singulae illius  
collectionis partes separatim ederentur ac ven-

Cc. 5. deren.

derentur, et reliquæ, praeter epodon librum, iis adnumerarentur libris, qui anni nota carerent. v. *Panzer* passim vol. II. et IV. et in index.) Praeterea suspicatur Seybold, in catal. edd. a Iani primo tomo praemissso pag. XXVI. edit. *Epistolarum*, (non, *Epodon*, ut scripsit Seybold,) Lipsiae 1482. 4. in bibl. Comitis Solmensis, esse errorem typogr. et scribendum 1492. editionem autem *Epodon*. Liptzk. 1488. ibid. pag. XXVII. ex Douglas excitatam, habet suspectam. Postea varias illius edit. collatae cum edd. Locher. et Bentleiana, ex quinque prioribus odis libri I. excerptas dedit lectiones. Denique plura loca in duobus prioribus odarum libris critice atque exegetice pertractat, et interdum disputat contra Iani interpretationem. Quod vero Seybold scripsit, suum exemplum carere præfatione propria aut villa notitia, quid præstiterit editor, aut unde duxerit textum; certo definire non ausim, num eadem sit omnia editio, quam Leich de origine et incrementis typogr. Lips. pag. 66. ita citat: *Horatius* per Martin. Landsb. de Heribipoli 1492. 4. et in nota: „edente Joh. Cubitensi, qui Angeli Politiani Odon ad Horatium et Iac. Sestini, Ricimensis, de lyricis quibusdam carinibus libellum adiecit.“ Quæ eadem esse videtur, quam auctor Thesauri bibliothec. tom. I. pag. 326. citat: *Horatius* 1492. cum eadem, quam adnotauit Seybold, sub-

subscriptione; nec tamen addidit, ubi illa sit adiecta. At tamen haud differre exempla colligo ex pleniori notitia editionis; sed *Epodon* tantummodo, quam dedit *Panzer* A. T. III. pag. 342. nr. 41. — De reliquis carminum Horat. edit. Lipsiensibus saec. X.V. vide, quae notauit in Introd. II. pag. 375 sqq. adde Maittaire, Leich. in primis *Panzer*, qui omnes fere edd. illius saeculi in opere suo praeclaro enumerauit. De quibusdam consules *Goetzii* Memor. biblioth. Drædens, I. pag. 515 sqq.

*Ad pag. 261. fin. 16 et 17.*

Delo verba *Georg. Fabric.* — 1520. 8.  
Nam *Georg. Fabricius* Chemnicii 1516 natus, illo anno de *Horatio* nōndum cogitabat. Et tamen in indice edd. a Bipontino editore pag. 39. cum nota quadam laudatur ad h. a. sed multo serius ab eo nouam editionem esse curatam, paullo post videbimus, *Contra Rafileaq.* m. *Decembri*, 1520, 8. ex recensione Aldina, cum *centimetro Marii Seruii* adnotata, Aldi Manutii in *Horat.* et Nic. Perotti de metris odar. *Horatii* etc. in aedibus Andr. Cratandri prælum reliquit *Horatius.* v. *Panzer* VI. pag. 222. nr. 360. qui pag. 227. nr. 400. aliam Cratandr. memorat edit. 1521. 8. cui praecedet epistola Nic. Mich. Araelanensis ad studiosos, Basileac decima *Calend. Febr.* M.DXXI. sed cu[m su- periore

periore eadem esse, et vel, ultimo folio m.  
Decembr. e manibus typographi iam emissis,  
omnibus, vel quibusdam exemplaribus ali-  
quot diebus post praefixa esse videtur illa  
epistola. — In eodem vol. cel. *Passer* vbe-  
rius indicat octo edit. *Argerotanses*, neinpe  
1503. fol. cum notis Tib. Claudi Donati. —  
epistolarum liber, et de arte poetica. Multa  
praeterea hic sunt correcta vel mutata ad  
exemplar Aldi. 1514. 4. ex aedibus Schu-  
reri — Epodon liber, de arte poetica; item  
epistolarum libri duo. 1515. 4. ex aedibus  
Schureri. — odarum libri IV, ibid. 1516. 4.  
et 1517. 4. — sermonum libri II. cūm ad-  
notati. criticis in calce adiectis. ibid. 1517.  
4. — liber epistolarum, impensis Io. Knob-  
louch et Pauli Getz. 1520. 8. — denique  
Epodon libr. de arte poet. et epistolar. libr. II.  
ex aed. Schurer. 1520. 4. — Tum ab eo-  
dem viro dochiss. in eodem volumine quin-  
que *Antwerpenses* edd. citantur; II. epistol.  
libri, cura Christophori Landini, per Io. Gra-  
pheum. mense Julio. 1528. 8. — et de arte  
poetica apud eumdem eod. anno. 8. mense  
Julio: sed duas unius voluminis partes esse  
et suam quaevis peculiarem inscriptionem  
more haud infrequenti accepisse videntur.  
Atqui forsan reliquae partes accesserint se-  
quenti anno; quo quidem, incerto tamen  
breui, aut decurtato titulo, *Q. Hor. Flacci*  
*opera*, Antwerp. 1529. 8. ex bibl. Horatiana  
pag.

pag. 19. a *Panzero* pag. 15. citantur. —  
*Epistolae, satyrae et ars poetica.* 1534. 8. —  
*Hor. poemata cum Erasmi, Rhodangi, Po-*  
*litiani, Sabellici, Io. Bapt. Pii et Jac. Bon-*  
*nienſ. annotatt.* 1535. 8. Sed quis omnium  
*edd. enumerationem h. l. desiderabit?* — In  
*bibl. Burmann.* II. (secundum catal. p. 31.)  
*fuerunt aliquot exempla cum notis quæst.*  
*Burmanni aliorumque.*

*Ad pag. 262. lin. 6.*

In Serie dell' ediz. Aldin. memorantur  
*tantum* edit. Aldinae cum *Mureti* scholiis  
*et Ald. Manutii* adnotatt. an. 1555. 8. —  
 1559. 8. — 1561. 8. — cum *Mureti*  
*scholiis, Io. Mich. Bruti animaduerſſ. et Aldi*  
*Manutii* adnotatt. 1564. 8. — denique cum  
*scholiis Mureti, ex bibl. Aldina.* 1570. 8. —  
 In catal. bibl. *Pinell.* II. pag. 326 sq. nomi-  
 nantur edd. a 1559. 1564. et, cum notis  
 I. Mich. Bruti, 1566. 8.

*Ad pag. 262. lin. 9.*

Loco 1556. corr. 1555.

*Ad pag. 262. lin. 23.*

Adde in 8. — De Georgio Fabricio eius-  
 que edd. Horatianis vid. *Io. Dau. Schreber;*  
*vitam Georgii Fabricii Chemnicensis, etc.*  
 Lipsiae 1717. 8. in primis pag. 206 sq.

*Ad*

*Ad pag. 264. lin. 20.*

**Editio Cruquii** a. 1578. (vti a Goetzio in Mem. bibl. Dresd. I. pag. 536. citatur,) et a. 1579. (qui annorum numerus in fronte mei exempli legitur,) non duea edit. sed vna eademque esse videtur. Nam in fronte quidem exstat nota anni 1579. sed in calce scriptum est: *Anwerp. excud. Christ. Plantinus: a. domini M. D. LXXVIII. (1578.) VI. idas Octob.*

*Ad pag. 264. lin. 22.*

Haud frequens esse videtur editio in bibl. lat. Fabric. haud memorata: *Q. Hor. Flacci epistolarum libri duo:* et in eas pæselectiones methodicæ, quibus artis logicæ analysis et moralis doctrinæ ratio illustratur, per *Classicum Minorem*, Divisionensem. Parisi. ap. Dion. Duvalium. 1584. 4. Cuius generis sunt adnotationes, ex inscriptione libri iam patescet. Sunt vero sat copiosae, et saepe doctaæ, rarius eruditæ, interduam leues.. Nec desunt falsæ locorum quorumdam interpretationes. Criticen non adtigit nisi in Praetermissis pag. 166 sq. ter quaterue, saltem perraro. Margini tamen textus Horatiani adscriptæ sunt variae lectiones, numero multæ, auctoritate haud raro graues. Nullius vero codicis, ex quo excerptæ sint, equidem in libro deprehendi notitiam: sed manus docta in meo exemplo ad primam V. L. obser-

obseruata, exortat pro vulgato. exoretq;  
scripsit, *codex Bland.* habet t. ex quo codice  
vita Horatii descripta in nonnullis edd. no-  
mine *Bland* vel omisso, vel, vti in Heine-  
siana editione, addito, legitur. Illo autem  
cod. vſus est Cruquius, et ex ed. Cruquianis,  
quam Minois serius in manus suas vehisse  
scribit in Praetermissis, sumtae esse videntur.  
variae illae lectiones.

*Hor.* poemata omnia doctiss. scholiis il-  
lustrata. Londini. excuf. apud Guil. Norton.  
1574. 8. rec. et nouis aliquot annotationi-  
culis illustrata. ibid. ap. Guil. Norton et Io.  
Harrison. 1578. 8. — poemata: quibus ad-  
iunximus *I. Iuuenalis* et *A. Persii opera*:  
doctissima etiam in vnumquemque scholia  
et annotatis. quam maxime idoneas conieci-  
mus. Londini, ap. Nis. Newtonum, impen-  
sis Norton et Harrison. 1585. 16. *Iuuena-*  
*lis* et *Persius* peculiarem quoque habent in-  
scriptionem.

### Ad pag. 264. lin. 25.

Henr. Stephani editio non plane repe-  
tita est in exemplis Wechelianis a. 1600. 8.  
vti ex indice Bipont. pag. LIX. colligi pos-  
sit: nam defunt scholia, diatribe et obſſ, Ste-  
phan. Nec vlla praefixa est praefatio: sed  
tituli folium excipiunt vita Horatii ex duo.  
bus codd. neque tamen primum, descripta;  
eadem per Petrum Crinitum, libr. III. de-  
poeticis

poetis lat. tum alia quedam de Horatii vita et scriptis ex G. Fabricii praefatione, denique, de XIX. generibus metrorum Horatii tractatus Aldi Manutii. Plena autem inscriptione haec est: *Q. Horatii Flacci — poemata omnia.* Ad castigatissimi cuiusque exemplaris fidem quam accuratissime restituta. Additi sunt indices locupletissimi duo: unus docti eiusdem viri, per Henr. Stephanum recognitus: alter Thomas Treteri, ad exemplar *Lugdunense*, (h. e. ad paginas exempl. Lugd. 1545. ap. Gryphium.) quod secuti sumus, accommodatus. Francof. ap. hered. Wecheli, Claud. Marnium et Io. Aubrium. M. DC. *Treteri* index suum quoque habet titulum.

Lubini paraphraſi addi potest similis Frischlini labor: *Nic. Frischlini paraphrasis in Epistolarum libr. II. Francofurt. 1586 et 1596. 8. quarum edit. notiam debet ed. Bipont.* Tertiam in manibus habeo inscriptionem: *Nicodemi Frischlini cum in Q. Horatii Flacci Venusini epistolarum libros duos, tum A. Persii Flacci Volat. saryras sex [cum textu satyrarum] eruditae et elegantes paraphrases, quae vice commentarii esse possunt. Adiecta eiusdem authoris oratione etc. Francof. ad Moen. 1609. 8.*

*Ad pag. 265. lin. 15.*

*Heinsiana I.* Hor. edit. in indice Bipontino et in Iani notit. edit. p. XXXVII. adseritur

rictis a. 1605. neque vero in Fabric. B. E.  
 neque in multis, quos consului, catalogis  
 eius fit mentio. In catalogo bibl. N. Hein-  
 sii occurrunt inter poetas in 8. nr. 147.  
 Hor. cum notis et animaduertiss. D. Heinsii,  
 quibus praefigitur eiusdem Heinsii lib. de sa-  
 tyra Horatiana, sed nulla anni nota est ad-  
 dita, et nr. 363. ed. Heinsii, Lugd. Batav.  
 1612. — Edit. 1609 et 1610 eadem esse  
 videtur: exemplar quidem cum nota a. 1610.  
 citatur in cat. Pinell. II. p. 328. et in Goetzię  
 Mem. Bibl. Dresd. I. pag. 537. Huic edit.  
 (testibus illis,) acc. Horatii ad Pisonem epi-  
 stola: *Aristotelis de poetica libellus*, ordini  
 suo nunc demum ab eodem restituta. Ex  
 offic. Plantin. Vbi Aristot. de poetica librum  
 Heinsius. Lugd. Bat. 1611. 8. edidisset, (de-  
 dicatio scripta est 1610. in praefatione au-  
 tem paucis defendit suam mutandi et trans-  
 ponendi rationem, etiam in Horatio suscep-  
 tam,) in edit. Horatii a. 1612. Aristot. li-  
 bellum omisit; sed alia addidit. Inscriptio  
 autem haec est: *Q. Horatii Flacci opera*,  
 cum animadversionibus et notis *Dan. Hein-*  
*sii*, longe auctioribus. Idem librum de Sa-  
 tyra praefixit, in quo tota autoris eruditio  
 explicatur. Lugd. B. apud Lud. Elzevirium.  
 1612. 8. In meo exemplo hoc ordine se-  
 quuntur, quae insunt huic editioni. A pag.  
 1—284. textus poematum Horat. p. 287 sqq.  
 Epistolae ad Florum et Pisones suo ordine

editae: pag. 310 sqq. fragmenta a Timonis Phliasii filis ex diuersis auctoribus collecta. Tum cum noua paginarum serie, D. Hein-  
si in Q. Hor. Flacc. animaduersi. et notae; pag. 215 sqq. selectiora quaedam Lucilii frag-  
menta. Denique cum novo paginarum or-  
dine Heinsi de satyra Horatiana liber.

*Hor.* cum *Iuuenale* Lond. 1604. 12. —  
*Hor.* cum notis *Bondii*, (qui ex paraphrasi Lubini plurima hausit,) Londini 1608. 8. et saepius. v. Brüggemann pag. 581. et edit. Bipont. in Notitia etc. — cum notis *Jac. Cruquii*. Lond. 1611. 8. — per *Gid. Lith-*  
*gow.* Edinb. 1662. 12.

*Ad pag. 266. lin. 5.*

*Hor. Opp.* cum notis et animaduersi  
criticis *Andr. Dacierii* et *Annas* coniugis.  
Londin. 1694. 8. — Editioni *Bondii*. Brun-  
swigae 1640. 12. — 1655. 12. ac 1668. 12.  
acc. *Parodiae Dau. Hoppii*. Haec separatiū  
prodierunt inscriptae: *Parodiae in libros oda-*  
*rum et epodon Q. Hor. Flacci rebus sacris*  
*maximam partem accommodatae a Dau.*  
*Hoppio*, Coslin. Pomer. scholae Prorectore.  
Adiecta est in fine satira ad primae Iuuenal-  
lis imitationem in iuuentutis scholasticae im-  
probitatem conscripta. Brunswig. 1668. ob-  
long. 8. Dedicatio quum scripta sit Regio-  
monti 1634. d. 24 Mai. credibile est, illas  
prius, quam supra ex indice Bipont. notaui,  
fuisse

fuisse publicata. — Eadem forma anno 1667. editus est, aut potius recusus, (nam edit. Bipont. citat edit. Brunswig. 1657. 8.) *Hodegeta Horatianus* siue index omnium verborum in Horatii poematibus contentorum absolutissimus, ita adornatus, ut quibuslibet edit. facili negotio accommodari possit: opera et studio *Dan. Aue man.* Brüno politani Vicarii ad D. Blasii.

*Hor.* lat. cum versione gallica *Hieron.* Tarteroni, S. L. Parif. 1700. 12. — *Hor.* opp. cum notis selectissimis *Andr. Dacierii* et *Ed. a Zurk.* Londin. 1702. 8. — Opp. ex libr. mssstis iuxta edit. Rutgersianam et Cantabrig. Lond. 1702. 12. — cum notis *Dan. Heinsii.* Edinburgi 1704. 8. — cum variis lection. Cantabrig. 1707. 12.

*Ad pag. 266. fin. vlt.*

Edit. Baxter — Gesneriana recusa est Londini 1772. 8.

*Ad pag. 267. fin. 8.*

*Q. Horatius Flaccus ad nuperam Rich.* Bentleii edit. accurato expressus. Notas ad didit *Thom. Bentleius*, A. B. Cantabr. typia academ. impensis Corn. Crownfield. 1713. 8. Notae paucae brevesque in nitida hac editione sunt magnam partem ex ed. Rich. Bentleii excerptae: additis interdum vel conjecturis vel iudicio editoris. Textus est quo-

D d 2 que

que is, quem Rich. Bentl. constituit. „Vulgatas tamen (ait Thom. Bentl. in praefat.) lectiones, quas patruus meus in præfatione dicit, se sedibus suis restitutas cuperem, suis locis inserui. Sex vel septem emendavit. quae in eius notis tantum comparantur, quasque docti plerique certas esse iudicabant, in tex- tum reposui, deiectis ad itum folium vul- gatis lectionibus.“ — Maiori Bentleii edit. Amstel. et Lips. subiectus est „Index in Q. Hor. Flaccum, olim quidem collectus a Th. Tretere, deinde omnibus edd. accommodo- tis a Dan. Ascanio, nunc vero, additis et- isim R. Bentleii variantibus lectionibus, plu- ribus quam mille et quingentis locis auctus et emendatus ab J. Verburgio.“ — — Hor. Opp. in operibus et fragmentis veterum poe- ter. latin. a Mich. Maittaire ed. Lond. 1713. fol. vol. I, pag. 443 sqq.

*Ad pag. 267. not.*

Hagana et Londinensis ed. vna eademque esse ac duplii tantum titulo bibliopolse vr- bisque nounine cum diuerso insigai typogra- phico differre videtur. Nam Brüggemann pag. 584. citat Cunninghamii ed. in qua tum Hor. poemata cum V. L. tum animaduersi- nomen vrbis *Londini* apud fratres Vaillant et N. Prevost a. 1721. in fronte præ se fe- runt: eiusmodi exemplar censor in Tubing- hitter. ephem. a. 1790. nr. 33. se habere scri- bit.

Antwerp. ex offic. Chr. Plantin. 1583. 12.  
cum notis criticis in margine positis.

*Ouid. Heroidum epp.* vna cum aliis eiusd.  
operibus (in Ibin, de arte amandi, de reme.  
dio amoris, de morte Drusii, de nuce, de  
medicam. faciei,) ex postrema Iac. Micylli  
recognit. Francof. ad Moen. 1571. 8. —

*Ouid. Heroid.* epp. Amorum libri III. de  
arte amandi libri III. de remedio amoris li.  
bri II. aliaque huius generis. — Omnia ex  
accuratiss. Andr. Naugerii castigatione, Gui.  
donis Morilloni in epistolas. Londini. exc.  
R. F. (Rich. Field.) 1594. — *Heroides*  
liber. Interpretatione et notis illustravit *Dan.*  
*Crispinus*, Heluet. — ad usum Delphini.  
Londini 1702. 8. rec. ibid. 1714. 1722.  
1727. 1734. 1743 et 1761. 8. Est pars  
integri operis atque editionis Opp. Ouid. in  
usum Delphini.

De versionibus consuluntur saepius lau.  
dati, Paitonius, Gujot, Brüggemann et De.  
gen, atque de Blankenburg in Litter. Zusätz.  
zu Sulzers Théorie, voc. *Heroide*, tom. II.  
pag. 84. — Inter gallicas versi. notanda est:  
Les Epitres heroiques d'Ovide, traduites en  
vers françois par Madem. *L'Heritier*. Paris  
ap. Petr. Mich. Huart. 1735. 8. In præf.  
recessentur versiones gallicæ superiorum sac.  
culo.

cotorum. — De antiquissima versione *anglica*, metrica *Georgi Turberuile*, Londini 1567. 8. multus est Brüggem. p. 616 sq. — in *anglicos* versūs transtulit Her. *W. S. (Wye Saltonstall)*, cum XXIV. fogg. aen. Londini 1626. 1636. 1677. 1686. 8. Nouissima est eaque metrica, *Iac. Ewen*. Lond. 1787. 8. — Antiquissima *gallica*, versibus. Paris s. a. ap. *Ant. Verard*. 4. — Ad primas *italicas* versi. pertinent *Dominici da Monticello* metrica, Brixiae 1489 et 1491. 4. (v. *Audiffred*. specimen edit. italic. pag. 160. et *Fossi* catal. bibl. Magliab. II. col. 269.) — *Epp. Her.* dialecto Florentina, et soluta oratione, s. l. et a. saec. XV. (Neapoli apud Sextum Riesinger,) 4. min. de qua rariss. ed. v. *Fossi* l. c. col. 268 sq. et *Morelli* not. erudit. ad Pinelli biblioth. IV. pag. 371 sq. ubi quoque inemorantur versi. Venetiis 1537. 8. soluta oratione: — metrica *Domen. di Monticello*. (*Monticelli*) Venet. 1508. 4. — metrica *Remigii Florentini*, Venet. 1607. 12. — Paris. 1762. 8. add. versi. *Pompei*, Bassan. 1785. mai. 8. — Nouissimam versionem *germanicam*, versi. iambicis, confecit et adnotatt. instruxit *Thyme*, caussarum patronus. Sorau. 1797. 8. conf. Ien. Allg. L. Zeit. a. 1798. nc. 175. — Quatuor epp. *Herold*. in linguam germ. pari metro Quid. versae sunt in *Frid. Eck Blumen des Abend- und Morgenlands*. Halae 1793. 8. — *Ovidi* zehnto *Heroi-*

Heroide, Ariadne, mit Einleitungen und Anmerk. von Christ. Fürchtegott Becker. Goerlitz. 1796. 8. — Ovids Heldenbriefe nach Auswahl travestirt. Lips. 1789. 8. — I. et II. ep. vertit Lenz in Więdeburgi humanist. Magazin II. 4. et III. 1.

*Ad pag. 283. lin. 24.*

*De arte amandi et de remedio amoris.*  
Augusti Vindel. ap. Gunth. Zainer, 1471. fol.  
De hac principe edit. v. Freytag adpar. literar. I. pag. 476. Zapf. Augspurgs Buchdruckergesch. part. I. pag. 12. aliisque a Panzer A. T. I. p. 100 sq. citati. — Lugduni 1487. 4. teste quidem Maittario.

*Artis amatoriae libros III. saepius prod. iisse, et separatiū cūm Catulli epithalamio,*  
Lipsiae 1492. 4. — 1500 et 1503. 4. adnotatur in Fabr. B. L. I. pag. 445. sed cl. Seybold in progr. pag. 5. obseruat, suum exemplar Lips. an. 1503. non habere Catulli epithalamium.

*De arte amandi, in Ibin, Faſtor. Trift.*  
Pont. Pul. Philomel. f. l. et a. fol. v. Panzer. IV. pag. 170. vbi quoque ex Denisii supplem. pag. 630. citatur: Il clariss. Poeta Ouidio de arte amandi, libro primo cho. ininza. f. l. et a. 4. — *De remedio amoris* cum commentar. Aegid. Delphi. Parif. 1495. 4. — ib. per Phil. Pigouchet. f. l. et a. 8. — *de arte amandi et de remedio amoris* cum comm.

comm. Barth. *Merulae* per Iō. de Tridino. Venetiis, al. a. 1493. al. idque rectius videtur *Panzero* Hil. p. 360 sq. a. 1494. fol. qui etiam iam in tom. I. II. et IV. antiquissimas librorum de arte amandi in sermonem *italicum* translatorum edition. emunerat. — Versio libr. de arte amandi *italica*, Mediol. per Pachet et Sinczenceller. 1481. et, (quae editio rarior est et incognita Paitonio,) Florent. per Anton. Venetum. 1488. 4. v. *Crevennacat.* III. pag. 221 sq. — De remedio amoris libri II. de Philomela elegia. (insunt quoque, in Ibin. et de Pulice,) Argentor. in aedibus Schurer. 1514. 4.

*P. Ouidii Nasonis* (*Héroides, Sabini Epp.* libri Amorum etc.) e recens. Burmanni, cum varietate lectionis praecipua. (edit. Ch. Guil. Wernsdorf.) Helmstadii 1788. 8. II. tom.

*Ad pag. 284. lin. 2.*

*Des P. Ouid. Naso Lieder der Liebe,* metrisch verdeutscht von E. L. Posselt, Leipzig 1789. 8. — *Ovids Heilmittel der Liebe* in der Versart des Originals, mit erläuternden Anmerk. und einer Skizze von dem Leben des Dichters, von Frid. Karl von Strombeck. Brunsig. 1796. 8. — *Ovids Werke von der Liebe.* Nach Blumauer travestirt von Prof. Carl Wilh. Fried. Schaber. Berol. et Lips. 1794. 8. I—III. Bändchen. — *I Remedi d'Amore di P. Ovidio Nasone,* volgariz-

garizzati da *Eschilo Acanzio*. etc. Vicentiae 1791. conf. len. A. L. Z. a. 1793. m. Ian. p. 209 sqq. et Neue Bibl. der schön. Wissenschaften, Lips. 1793. vol. XLIV. part. I. pag. 145.

In bibl. Kilon. vniuers. Germ. a. 1795. vol. XVII. 7. part. II. pag. 448 sqq. comparantur *Ovidii ars amandi* et *Bernardi galli-  
cum carmen eiusd. argumenti, atque poema  
german. die Kunst zu lieben, ein Lehrgedicht  
in drey Büchern*. Berol. 1794. mai. 8. cuni-  
sen. tabb. — *De Blankenburg* in Litterar.  
Zusätzen zu Sulzers Theorie, voc. *Lehrgedicht*, p. 231 sqq. multas edd. in priuis ver-  
siones variarum gentium et linguarum libri-  
rum artis amatoriae, remed. amoris, Fasto-  
rum, de medicamine faciei et Halieuticon  
indicat. — *De anglicis versionibus v. Brüg-  
gemann* l. c.

In Catal. *Valler*. II. pag. 97. memoran-  
tur *Ovide de arte amandi*, traduit de latin  
en vers françois. Geneve. — *Le Remede  
d'amour*, composé par *Enecas Silvius*, autre-  
ment dit Pape Pie II. traduit de latin en  
vers françois, par *Albin des Avenelles*, avec  
aucunes additions de Baptiste Mantuen. —  
Les XXI. *Epistres d'Ovide*, traduites de la-  
tin en vers françois par *Ottavien de St. Ge-  
lair*. Paris Veuve de Jean Trepprel. 4<sup>e</sup> fine  
anno. — *Ovide du remede d'amours*, trans-  
laté nouvellement de latin en vers françois,  
avec

avec l'Exposition des fables consonante au texte. Paris pour Anton. Verard. 1509. fol.

Les Oeuvres galantes d'*Ovide*, traduits en vers françois. à Cythere 1756. 8. — De Konste der Minnen, in Latin beschreven door *Ovidius*. Roterod. 1595. 8.

In Bibl. acad. Erlangensi sunt in duobus cod. chartac. *Ouidii* lib. de arte amandi, et in uno cod. libri de remedio amoris ac metamorphos. a libro I. fab. IX. 9. — lib. XV. fab. I. 13.

*Ad pag. 284. lin. 3 sqq.*

Infinitae paene quod sunt *Metamorph.* editiones ac versiones plenam earum omnium enumerationem nec polliceri possum nec praestare. Atque ego, in Introd. II. pag. 462 sqq. iam multas excitauit edd. nec exiguum edd. saec. XV. numerum post Maittarium cl. *Panzer* in A. T. recensuit. — Cod. membr. *Metamorph.* saec. XII. in coenobio *Rheinatens* reperit et paucis indicauit *Ge. Guil. Zapf* in Reisen in einige Klöster Schwabens — Erlangae 1786. 4. p. 151.

Cl. *Panzer* vol. IIII. pag. 170. tres edit. *Metamorph.* easque diuersas, absque vlla nota saec. XV. refert. Prima incipit versibus: *orba parente suo* etc. charact. eodem, vt videtur, quo Vindel. de Spira et Io. de Colonia vsl sunt in Plauto 1472. aut eo, ex quo Vir. Han et Sini. de Luca a. 1471. im-

impresserunt Tortelli orthographiam: teste *Lairs* in indice libr. ab inuenta typograph. I. pag. 162. cui illa Metam. edit. eiusdem videtur esse temporis. Eadem est, quam supra scripsi esse in publ. bibl. Erlang. — secunda incipit his verbis: (*I*) *N noua fert animas* etc. char. rom. teste *Brunio*, qui in Noticia — de libris — in bibl. ad SS. Vdalr. et Afram Augustae etc. I. pag. 109. copiose et diligenter de illa differit, et opinatur, partem forsan esse edit. *Venerae Iac. Rubei* a. 1472. aut 1474. aut Mediolan. Zarot. — Tertia cum comm. Raph. Regii, ea est, quam ex Pinelli catal. ipse adtuli.

Quando Harwood in Uebersicht etc. pag. 242. vers. germ. Alter. scribit, in bibl. Askewiana fuisse exemplar edit. pulcrae, *Romae* 1480, in nomine urbis peccasse videatur. Nam neque *Panzerus* in A. T. neque *Audiffredus* in catal. rom. edd. saec. XV. (qui pag. 77 sq. copiosus est de edit. Metamorph. aliorumque libr. Ouidian. *Romae* 1471.) mentionem iniiciunt edit. *Romanas* a. 1480. At qui in catal. bibl. Askew. pag. 93 sq. tantum nominantur *Ouidii Metamorph. editio pri- ceps, exemplar pulcherrimum, Romae per Conr. Schweynheim et Arnold Pannarz*, a. 1471. fol. et *Ouidii Opera — Bonon. apud Bald. Arzoguidis*. 1480. fol. Quare Pinelli in versione Harwoodiani libr. italica p. 204 sq. (vbi edd. Ouid. enumerantur,) illam edit. Ro-

G g manam

*manus* apocrypham iure omisit. — Neque peculiaris *Metam.* editio *Vicent.* per Celsinum 1480. omnino certa esse videtur; sed ea pars tantum est integræ Operum Ouid. *Vicent.* illius anni editionis, quam supra iam descripsimus. — *Metam.* Venetiis per Iacob. (Rubens, Rouge, Rossi) natione Gallicum. Venet. 1479. fol. (*Denis supplm.* p. 16.)

*Ad pag. 284. līn. 19.*

*Metam.* cum enarration. Raph. Regii. Venet. III. Kal. Mart. 1492. fol. (Schwarz catal. II. pag. 225.) — ibid. per Bonet. Locatell impensis Octau. Scoti (inscio auctore). 1493. fol. — ibid. per Bern. Benalium. 1493. — ibid. industria Sim. Beuil. Papiensi. 1493. fol. — curante ipso Raph. Regio ibid. per Bernardin. Benalium. (1494.) praef. scripta est non. Septembr. 1493. — Venet. 1496. fol. — ibid. 1497. fol. quam edit. in Introd. descripsi vberius; at editionis a. 1494 repetitionem fuisse, aut nouum tantum titulum nouumque anti signum accepisse arbitror. Idem mihi videtur de edit. 1498. fol. per Sim. Papiensem. Nam vix credibile est, intra tam exiguum temporis spatium, toties integrum opus eodem loco fuisse recusum. (v. Schwarz l. c. pag. 226. Panzer III. pag. 334. 337. 340. 404. 413. 433. 493. et Foff. catal. Bibl. Magliab. II. pag. 270 sq.) → Praeter ea dicitur ed. Re-

gii renouata *Paris.* per Mag. Andr. Bocard. 1486. 4. — *Lugduni* per Iacobin. Suigum et Nicol. de Benedictis. 1491. fol. m. (*Panzer* I. pag. 552 sq.) et aliquoties adhuc saeculo sequenti.

*Metam.* Argentor. Ioanne Schotto *presb.* 1515. 4. — ibid. ex aedib. Schurer, eod. an. 4. — ibid. per Ioan. Knoblochum. 1519. 4. et 1525. 8. — *Paris.* apud Collinaeum. 1529. 8. 1537. 8. et 1541. 16. — *H. Glareani* adnot. in P. Ouidii Nas. metamorphosim. Basil. ap. Henr. Petrum. 1534. 8. — ex recognit. Raenerii. Lugd. 1568. 12. cum notis msst. in B. Lugd. Bat. — *Publ. Ouidii Nas.* metamorphoseon, h. c. transformationum libri XV. cum *Donati*. — in potiores metamorphosis Ouidii fabulas argumentis compendiariis suis locis interiectis. His adiectae sunt ad dilucidam claramque lectionem annotatt. marginales *Gyberti Longolii*. *Henr.* quoque *Glareani* annotationes non vulgares ad finem libri additae. Colon. Exc. Io. Gyinnicus. 1538. 8. In fine adiectae sunt adnotatt. *Des. Erasmi Roter.* in Ouidii Opp. nec multae, nec graues eruditaeque, cum epist. nuncupatoria *Gyberti Longolii*, qui vere forsan in illa scripsit, non esse quod hic suam sedulitatem maximopere vendit, „utpote quod inter pocula frequenter quam in siccorum contubernio effusum sit.“ — repet. ibid. 1542. 8.

Metam. libri, ab *Andr. Naugerio* castigati, et *Vit. Giselini* scholiis illustrati, ex offic. Plant. Antwerp. 1575. 12. — Lond. 1589. 16. — cum notis *H. Glareani* et *Longolii*. Basil. Henr. Petri 1551. 1560. 8. — illustr. per *Ioann. Sprengium*. f. l. 1563. — cum notis varr. per *Micylli*. Ven. 1556. 4. — ex *Iac. Micylli* recognit. Francof. ad Moen. 1575. 1587. 8. cum figg.

*Ad pag. 285. lin. 18.*

Metam. cum interpr. *Ge. Sabini*. Francof. 1601. 1608. 12. — cum notis *Gregorii Bersmanni*. Cantabrig. 1631. 8. — cum notis *Th. Farnabii*. Londin. 1677. 12. — interpretat. et notis illustravit *Dan. Crispinus*, in vsum Delphini. 1708 — 1785. 8. nouies reg. (v. *Krüggemann* pag. 613.) — Excerpta ex Metamorphos. Fastisque Ouidii, cum notis *Thom. Johnsoni*. Lond. 1714. 8.

Metam. libri XV. cum vers. latina prosaica et notis anglicis a *N. Bailey*. Londini 1724. 1741. 1770. 1787. 1788. 8. — Metamorph. libri XV. interpretat. et notis illustravit *Dan. Crispinus* ad vsum Delphini. Huic editioni acc. annotatt. ex *Iac. Constantii Fanensis*, *Henr. Loriti Glareani*, *Micylli*, *Ciofani*, *Heinsii*, *Burmanni* etc. commentariis. Dublin. George Gierson. 1729. 4. — Metam. Edinburg: 1731. 12. — Metam. cum variorum lectionibus et indice. With Abbé

Abbé Banier's arguments and Explanation  
of the History and Mythology in English.  
London 1747. 8. — *Metam.* libri XV. cum  
versione *anglica* ad verbum, quantum fieri  
potuit, facta etc. per *Io. Clarke.* Lond. 1735.  
8. — ed. IV. ibid. 1760. 8. v. *Brüggem.*  
pag. 625. qui etiam ceteras *Metam.* versio-  
nes *anglicas* refert. — *Metam.* sermon. pro-  
saic. translatae, cum textu *latino* et notis  
anglicis per *Ios. Davidson.* Londini 1748.  
1759. 8.

Decerpta ex *Ouidii Metam.* cum inter-  
pretatione *anglica* *Io. Clarke.* Glasgliae 1739.  
8. — Electa ex *Ouidii Metam.* libris cum  
annotatt. in gratiam rudiorum. Etonae. exc.  
I. Pote. 1775. 1780. 1787. 8. etc.

In Encyclop. lat. poet. Campiana part.  
III. sunt Excerpta vberiora a *Meineke*, et  
a VII libro, a *Köppen.* Brunswig. 1791. 8. —  
cum notis *Koeppenii* et *Car. Gotthold Lenzii*,  
seccio I. et II. Brunswig. 1792. min. 8. Est  
critica editio; atque tam emendandi, quam  
interpretandi ratio probata est censoribus.  
conf. ephem. litter. *Gothan.* 1793. et *Ien.*  
A. L. Z. 1794. nr. 238. — *Ouid. Metam.*  
Für Schulen in einem Auszuge herausgege-  
ben von *G. K. F. Seidel*, Prof. der Geschichte  
am Berlin. Köllnisch. Gymnas. Berol. 1794.  
8. conf. Kilon. bibl. vniuers. germ. a. 1796.  
vol. XXII. fasc. I — IV. pag. 28 sqq.

*Metam.* cum versione italica ligata, interpretatt. ac notis. tom. I. (qui continet III. libros priores,) Milani ex typogr. S. Ambrosii. 1798. 8.

*Ad pag. 286. fin. 4.*

Post an. 1788. add. lib. V. 1789. (baud omnino censoribus suis satisfecit St. Ange.) Notitiae *versionum* multarum, a Brüggemannno aliisque V.V. D.D. laudatarum pauca addere aut iam cognitarum potiores rarioresque memorare licet.

Versiones autem paene innumeratas, in variis linguis varia ratione factas, imitationes, interpretationes atque explicationes per figg. tabulis aeneis incisas indicauit de Blankenburg in Litterar. Zufätszen zu Sulzers Theorie etc. vol. I. voc. *Erzählung*, pag. 492 sqq. et pag. 64. voc. *Allegorie*. — In Hennings libro mensstr. *Genius der Zeit*, a. 1797. m. Iun. p. 145 sqq. et m. Jul. p. 289. part. VII. sunt Metam. libr. XIII. verss. 730 sqq. et I. verss. 452 sqq. a Vessio versibus heroicis german. redditii.

De versione *gallica* Metam. antiquissima v. Mem. de l'Acad. des Inscript. vol. XVII. pag. 751 et 759. Aliquot antiquiores versiones *gallicae* aliaeque indicantur a Panzero, (Metam. moralisées par Thom. Waleys, Brugis 1484. et Parif. 1493. fol.) I. pag. 262. et II. p. 299. — in cat. Valler. II. p. 95 sqq. — in

in Dictionnaire bibliographique, — des Livres rares. Paris 1790. 8. tom. II. pag. 325 sqq. (vbi quoque edd. Ouid. multae enumerantur,) E recentioribus notandae sunt: *Les Métamorphoses d'Ovide, en latin et françois, divisées en XV. Livres.* Avec de nouvelles Explications historiq. morales et politiques sur toutes les Fables, chacune selon son sujet; de la Traduction de Mr. Pierre du Ryer, Parisien. — Edit. nouvelle, enrichie de très belles Figg. Amstelod. apud P. et I. Blaeu, Ianssons à Waesberg etc. 1702. m. fol. Indicem excipiunt *Epitres d'Ovide, aucunes en Vers et d'autres en Proses.* — *Les Métamorphoses d'Ovide, en latin, traduites en françois, avec des remarques et des explications historiques, par M. l'Abbé Banier.* Ouvrage enrichi de figures en taille douce, gravées par Bern. Picart et autres habiles maîtres. Amsterd. Wetstein. 1732. fol, — tum lat. cum versl. gallica — — avec des figures gravées sur les dessins des meilleurs Peintres françois, par les soins des Sieurs *Le Mire et Basan.* Paris. Pissot. 1767 — 1771. 4. IIII. voll. et nouissime: Figures des Metam. d'*Ovid*, adaptées à la Traduction de M. l'Abbé Banier, gravées d'après les Dessins de M. Renaud, Peintre de l'Academie roy, de Peinture, par Jacq. Ios. Coing. Singulæ partes constant VI. tabb. aeneis, cum gallico contextu, a Didot typis expresso.

*Italicas versionis edit.* (cuius exemplum est in bibl. acad. Erlang.) est: *Le Metamorphosi di Ovidio. Ridotte da Giovanni Andrea Dell' Anguillara, in ottava Rima. Impressione Sesta.* — con l'Annotazioni di M. Giuseppe Horologgi: novainente corretto et ristampato. Con Postille et con gli Argomenti nel principio di ciascun libro di M. Franc. Turchi. Venet. 1578. 4. add. Paiton. libr. cit.

*Belgica Is. Verburgii versio prosaica cum textu latino, et edit. splendida est: De Ge- daant-wisselingen van P. Ovidius Naso, in het Latyn en Nederduitsch. Amsterd. apud R. et I. Wetstein, et W. Smith. 1732. fol. II. partt. in uno vol. cum figg. v. Creven- nar catal. vol. III. p. 220. — superiore saeculo vertit belgice I. V. Vondel. Amstelod. 1671. 4. et C. von Mandern Harlem, 1604. 4: — Suecicæ versionis, (*Ovidii Fabler om Förvarialingar,*) tom. I. prodiit Holmiae, 1792. 8. — et *Fabler of Ovidii metamor- phosif, försvämkade*, ib. 1708. 4. cum figg.*

*Danica versio metrica, auctore Es. Flei- scher, Hafniæ 1752. 4. — auct. N. Bredal. ibid. 1758, 4. — auctore L. Sahl, primum est partic. loco, programmati edita, ibidem. 1773. 4. deinde cum textu lat. pars. I, ibid. 1775. 4.*

*Antiquissimam hispanic. versionem, Bar- cellonæ, Petr. Miguel, 1494. fol. interprete Franc.*

Franc. Alegre, indicat *Panzer* IV. p. 236. —  
 De versionibus hispan. *Ant. Perez Sigler*,  
 Salaman. 1580. 4. — Burgi 1609. 8. —  
*Petri Saynez* (Sanchez) de *Viana*, Vallado-  
 lid. 1589. 4. — *Lud. Hurtadi*, Tolet. et  
 libros VII. *Philippi Mey*, Tarrazonae 1586.  
 8. v. *Velazquez* Geschichte der spanischen  
 Dichtk. eiusque doctum interpretem german.  
*I. Andr. Diez*, pag. 467 sq. et pag. 220 sq.  
*Maians*. in specim. bibl. Hispano-Maiansia-  
 nae → e museo Dau. Clementis, pag. 134.  
*Philippus Mey*, inquit, primum et secundum  
 Metamorphoseon libros licenter interpretatus  
 est; reliquos quinque fidelius.

*Ad pag. 286. lin. 10.*

*Fasti a Petro Aellico*, 4. absque vlla  
 nota: in *Pinelli* versione Harwoodiani con-  
 spectus etc. italica, pag. 206. et in *Fabr. R.*  
*L. I.* p. 454. — Exemplar antiquissimum in  
 bibl. publ. Erlang. seruatum supra iam desig-  
 nauimus. — *Fast.* edit. cum comment. *P.*  
*Marsi*. Venet. 1482. in *Pinelli* catal. II. pag.  
 355. et alibi occutrit; sed cel. *Panzer* III.  
 pag. 185. *Ouidii*, bene ait, *Opera quaedam*  
 cum commentario *Paulli Marsi forte?* —  
*Fasti* autem cum comm. *Marsi* saec. XV. ali-  
 quoies editi sunt, *Mediolani* 1483. 1489 et  
 1499, ac *Venetis* 1485. (v. *Fossi* cat. bibl.  
*Magliab.* II. pag. 269.) — 1492: — fine  
 commentariis, *Mediolani* 1477. et *Venetis*

Gg 5 1496.

1496. fol. — cum commentario *Ant. Constantii Fanensis.* Romae per Euchar. Silber.  
 1489. fol. (*Audiffred.* l. cit. pag. 289.) —  
 cum comm. Marci et Ant. Constant. Fanensis. Venet. 1487. 1497. Paris. s. a. fol. item  
 cum enarrationibus eorumdem, Venet. 1520.  
 fol. — Iudeo cum eorumdem commun. nec  
 non *Tristium libri V.* et *de Ponto libri IV.*  
 et opuscula, cum comm. Barthol. Merulae.  
*Tusculani*, *Paganin.* 1526. 4. II. tom. —  
*Fastorum libri VI.* cum indice et vita aucto-  
 ris. In calce: *Argentorati ex aedib. Schu-*  
*rerian.* 1515. 4. — *Fastorum libri.* Ant-  
 werp. in aedibus Io. Theobaldi Gourmont.  
 1527. 8. — *Fastor.* libri VI. *Tristium li-*  
*ibri V.* *dè Ponto libri IV.* Paris. apud Coli-  
 naeum. 1529. 8. — *Lugduni ap. Seb. Gry-*  
*phium.* 1536. 8. cui edit. adiunctus est *Pto-*  
*lemaei lib. de stellis inerrantibus.*

*Ad pag. 286. lin. 24.*

*Fastorum libri VI.* cum notis select. va-  
 riorum, accurante *Corn. Schreuerlio.* Londini  
 1699. 8. — Decerpta ex *Ouidii Fastis*, per  
*Thom. Johnson.* Londini 1712. 12. — *Fa-*  
*storum libri VI.* interpretat. et notis illus-  
 travit *Dan. Crispinus, Heluetius,* in vsum Del-  
 phini. Recensuit et interpretationem emen-  
 dauit *A. Tooke.* Londini 1720. 8. — *Fa-*  
*storum libri VI.* ex edit. *P. Burmanni.* ibid.  
 1747. 8.

In linguam *anglicam* translati sunt a *Io. Gower.* Lond. 1640. 8. — et metrice cum notis per *Guil. Massey* etc. Lond. 1757. 8. cuius tamen neque versio, neque adnotatt. probabantur criticis anglicis. v. *Brüggem.* pag. 619 sq. et 626.

Traduction des *Fastes d'Ovide*, avec des Notes et des Recherches de Critique, d'Histoire et de Philosophie tant sur les différens objets du Système allegorique de la Religion romaine, que sur le détail de son culte et les Monuments qui y ont rapport avec figures. Par Mr. *Bayeux*, Avocat etc. Rouen et Paris. tom. I. 1783. — tom. II. 1784. — tom. III. 1785. — tom. IV. 1788. mai. 8. Interpres multa docte compilauit; sed in explicanda religione rom. abutitur hypothesibus; atque mythologiae ortum quaerit modo in eluuione mundi, modo in agriculturae inuentione, modo ab astronomia aut hominibus in deorum numerum receptis petit deriuatque initia: sequitur autem placita nunc de Pluche, nunc Dupuis, nunc Boulangeri, aut Court de Gebelin. Adiunxit disp. de exilio Ouidii, eiusque cauissim fuisse arbitratur, quod Ouidius Iuliae illicitam et flagitosam cum fratre suo Agrippa Postumao consuetudinem, sibi cognitam, haud manifestauerit Augusto. v. schol. ad Iuuen. VI. 137. et ephem. litt. Gotting. a. 1790. pag. 135.

Ad

*Ad pag. 387. lin. 7.*

*Ouid. de Tristibus libri V. et de Ponto libri IV.* Argentor. ex aedib. Schurer. 1515. 4. — *de Tristib. libri V. studio et labore recogniti per Anton. Melam.* Cracouiae per Mathiam Scharfenberg. 1519. 4. — *De Ponto libri IIII. ex postrema lac. Micylli recognitione, ex recensione noua Gregorii Bersmanni,* cum eiusd. notationibus. Lipsiae 1589. 8. et pag. 590. acc. varietas lection. in libr. illis ex emendat. Georgii Fabricii, et a pag. 613 — fin. Ouidii dirae in Ibin ac fragm. Halieutic. cum notis margin. grammaticis et criticis.

*Tristium libri V. interpretat. et notis illustravit Dan. Crispinus,* in usum Delphini, cum ind. voec. Cantabri. 1703. 1705. 8. — Londini 1719. 1750. 8. — editio sexta, ib. 1779. 8. — *Trist. libri V. cum notis Io. Minellii:* opera et studio N. Bailoy. Lond. 1726. 1729. 8. — cum analysi et notis per Osw. Dyke. Londini 1727. 8. — *Tristis, lat. et anglice,* per J. Stirling. Lond. 1728. 1736. 1752. 8.

*Des P. Ouid. Naso libri Tristium mit zweckmässigen Anmerk. und einem doppelten Register etc.* Lips. 1793. 8.

*Libri Tristium danice* per C. Kalster, Hafniae 1738. 8. — Epp. de Ponto, *dani- cis versibus a L F. Wedel.* ibid. 1749. 8. — Libri

Libri III. Trist. *anglice* versi a Th. Churchyard. Lond. 1580. 4. De hac aliisque versionibus anglicis v. Brüggem. p. 617 sqq. — De peculiaribus editt. carinini. in *Ibin* (Lipf. f. a. 4.) in *Sappho*, (ibid. 1497. 4. Mediol. Ant. Zarotus, 1486.) — *Sappho et in Ibin* cum comment. Calderini (Venetiis 1492. bis et 1494. fol.) etc. v. Maittaire, Panzer. et Introd. IL pag. 470. — P. Ouid. Nas. *Haluticon*: hoc est, de piscibus libell. multo quam antehac emendatior et scholiis (Io. Perrini, qui edidit fragment.) illustratus. Emendantur et Plinii aliquot loca. Acced. aquatilium animantium enumeratio iuxta Plinium, emendata et explicata per Conr. Gesnerum, ordine alphabetico. Earundem nomina germanica, eod. ordine. Tiguri, apud Gesneros fratres. f. a. in 8.

*Ad pag. 288. sect. 5. lin. 6.*

In arte amandi et remediis amoris habet locos quosdam flagitosos et lasciuos; at propter cognitionem animi humani interiorem, ordinem atque venustatem in rebus tractandis, propter venustatem, gratiam, subtilitatem et facilitatem orationis poeticæ omne tulit punctum: in episodiis fabularum poetarum quam maxime splenduit post libros metamorphoseon ingenii vertas atque vis animo varias formas concipiendi viuida et ad luxuriem usque ferax. Praeter ea mores Roma-

Romanorum, apud quos amores erga seruas, libertas, peregrinas atque ~~étrangères~~, nec turpes habebantur nec illiciti, sunt obseruandi. Illis cecinuit poeta et honestas ciuium uxores ab omnibus rebus amatoriis nefandis. lib. III. 613 sqq. arcuit. Quam caute prouideque in culpandis vetandiisque libris quibusdam Ouidianis versari debeant magistri, suo ipsius exemplo docet I. Nic. Functius de lectione auctior. classicorum, cap. IV. §. 9. p. 48 sqq.

*Ad pag. 288. sect. 6. lin. 3.*

*Ouid. de vetula sine notis typographicis in 8.* (v. *Fossii catal. bibl. Magliab.* II. col. 266.) — — *de vetula* libri III. — in fine: impressus et correctus — per Io. Koelhoff de Lubeck, Coloniae ciuem. an. 1479. fol. v. *Panzer* I. p. 284. cui edd. Colon. 1470. et Lubec. 1471. admodum suspectae esse vindentur. — Auctoris incerti opusculum *de Vetula Ouidii*. 1702. sine loco, in *Mensken. catal.* I. pag. 238. n. 2968.

*Reinesius* in Epp. ad Christi. Daumium — e museo Io. Andr. Bosii, Lenae 1670. 4. epist. LXIX. pag. 204. suspicatur, nec noimen *Ouidii* esse fictum, nec titulum *de Vetula*; sed veram propriamque versificis istius, docti sati, sed astrologicis vanitatibus nimis quam addicti, appellationem; quum et *Ouidii* vocabulum saeculo decimo undecimoque Gallo-anglisque familiare fuisset, et familia *Vetu-*

*Vetus* inter Normannicas quaedam saecula X. illustris. „Vnde vero, ait, ei appellatio, et an a loco *Vetulas*, *Betulas* dicto, dictu difficile est; probabile tamen ideo, quod dominatio a locis natalibus et a tenementis usitatissima. Et fuerit *Ouidius de Vetula*, sic ut *Io. de Indagine*, *Conrad a Marburgo* etc. nominati.“ Daumius (pag. 205.) responderet, ab aliis (ut Goldasto, v. *Fabric. B. L. I.*, pag. 465 sq.) auctorem de *Vetula* haberet *Leonem* Protonotarium sacri palatii Byzantei, sub Vatachio principe, illum *Leonem*, *Ouidii* uomen adfendantem. *Ouidii* versus tamquam suos laudare, et in praefatione indicasse, cur *de Vetula* inscripscerit. Daumio Reines. ad sensisse videtur in responsione (pag. 207.) dum, „*Ouidius de Vetula*, inquit, iam peritus adparet, nim. esse fuco; volebam hominem illustri apud Norm. familiae adserere; neque deerant idonea instrumenta; sed is hoc beneficio indignum se reddidit. — Rationem inscriptionis, quam tantopere cupiebam, qualcumque reddidit praeator aequo ineptus, (nisi idem impostor est,) Leo; quem *Holcot*, (obiit vero hic a. 1349.) refert, narrasse, libellum e sepulcro *Ouidii* ab ipsis Colchis inde adlatum esse Constantinopolin. Λῆγος! Λῆγος! nec opus ultra tractare piceum.“ In ep. 82. pag. 209. Daumius de *Brusello* et *Nigello* quaedam narrat. Haec paullo copiosius ex Reinesi epistolis, haud adeo

adeo frequentibus, excerpisse haud incommodum videbatur. — Auctōr edit. Wolferbyt. in Notitia citatae memorat in priore praefat. vniuerso operi. praefixa, editionem *Vetulæ*, at lacunis oppletam, Franeof. 1613. in altera autem inscript. *Opus sc. auctoris incerti libri III.* Ouidii falso sic ditti, addit, diuersorum exemplariorum veteriorum (msst.) et recentium collatione revisi, lacunis, quibus Francofurtana editio scatēbat, exempti, et tabulis aeneis exornati. anno MDCLXI. sub finem nec diserte nec plene agitur de auctore nomineque *Vetulæ*, et argumento.

Florilegium quoddam Oidianum est liber inscriptus. *Sylva sententiarum ex Ostilio, non librorum, sed rerum ac titulorum ordine seruato, delectorum.* In calce: *Lipzyck per Io. Thanner. 1515. 4.*

Orationes familiares et elegantissimæ ex omnibus Pub. Ouidii libris formatae. Quin etiam versus quidam integri notatu digni eiusdem poetæ, cum expositione vocabulorum magis difficultum per *Hermann. Torrentinum.* — Impressæ Colon. per Martin. de Werdena. 4. l. a.

*Ad pag. 289. secl. 6.*

*Accurſi* diatr. in *Aufon. Solin.* et *Ovidium.* Romæ 1524. fol. conf. *Mazzuchelli* scritt. d' Italia, vol. I. part. I. pag. 92 sq. — *Herc. Giofan. Obſl.* in *Ouidii Opera.* Antwerp.

werp. 1583. 8. — (*Io. Lud. Gottofridi*)  
historica, natur. et moralis descriptio Meta-  
morph. Ouidii. Francof. 1619. 8. c. figg.

*M. Joh. Weitzli* collectanea in libros *P. Ouidii Nas.* Tristium et de Ponto, cum du-  
plici indice. Erford. 1606. 8. Reuera sunt  
mera collectanea, haud pars quidem pretii  
multae tamen doctrinae, nec omnino inuti-  
lia, quanta maxime Ouidiana formulae et  
sententiae comparantur cum graecis, et fon-  
tes, vnde hauserit Ouidius, quasi aperiuntur.

Similitudines Ouidiana. Sorae 1643. 12.

*Boecleri* et *Sabini* Ouidiana. Sedini 1699.  
8. — *Georgii Sabini* fabularum Ouidii in-  
terpretatio. Witteberg. 1555. 8. — Fabula-  
rum Ouidii Interpretatio ethica, physica et  
historica, tradita in acad. Regiomontana a  
*Georgio Sabino*, et in unum collecta et edita  
studio et industria T. T. Acc. ex Natal.  
Comitis Mythologiis — tractatus. Cantabr.  
1584. 8. — *Io. Henr. Boecleri* comin. in  
Ouidii Metam. Lips. 1699. 8. Alia scripta  
citantur in *Hartwoodi* conspectu pag. 245.  
vers. Alteri.

Hippolytus Ouidiana Phaedrae respon-  
dens per *Io. Schepreuum*, somato-christia-  
num. Oxon. ex officina Ios. Barnesii. 1585.  
8. — *Pet. Olivier* diss. Lacrymae in luctu,  
cur suauiores ad Ouidii IV. Trist. eleg. III,  
inter eiusd. diss. acad. Cantabrig. 1674. 8.

*Vita di Publio Ouidio Nasone* (auct. Rosmini,) Ferrarae 1789. 8. II. tom. Alter tominus peculiarem quoque habet inscriptionem: *Esame de defetti di pregi caratteristici di P. Ovidio Nasone.* Opus laudatur.

*M. Pet. Fab. Aurivillii* disp. cod. instus *Metamorph. Ouidii* e bibl. acad. Vpsal. de scriptus et collatus. Vpsal. 1790. 4. Consultit edd. Venet. 1492. fol. Lugd. 1504. 4. Venet. 1513 et 1518. fol. atque Aldin. 1516. ac Burmann. praebuitque multas varr. lecit. — *Friderici Aug. Wideburgi* specim. I. lection. variantium in *Heroidibus Ouidii* ex codice Helmstad. excerptarum, (erudita crisi inter dum addita,) Helmstadii 1779. 4. — specim. II. s. disp. illo V. D. praefide; auctore *Diter. Ioach. Theod. Cunze*, ib. 1783. 4. — De quatuor locis Heroid. (ep. I. 95. II. 121. 129. IV. 81.) acute differit *Ge. Frid. Steph. Stieber* in disput. me praefide habita: *Coniectanea et Opiniones in nonnulla P. Ouidii, Iul. Obsquentis et A. Persii loca.* Erlangae 1786. 4. — *Io. Lud. Voigt* disp. praefide *M. I. Christ. Brieglebio*, Prof. etc. in Ouidii locum Metamorphoseon lib. II. 622. Coburgi 1774. 4. — *Io. Iac. Hottingeri* IIII. programm. siue schola philologica de Pythagora Ouidiano. Tiguri 1782 — 1787. — De perrara at inaequali nec integra versione et editione: *Ouidio de arte amandi in volgare*, sine vlla nota typogr. a. et l. 4. anto finem

finem saec. XV. typis excusa, critice docte-  
que agitur in programm. acad. Altdorf. 1791.  
4. et sex alias versiones librorum de arte  
amandi italicæ saec. XV. e *Denisi* supplem.  
repetuntur; Mediol. 1481. 4. 1494. 4.  
Flotent. 1488. 4. Bresciae MCCCC.C.LIX.  
(sic vitiose,) 4. et duas sine l. et a. 4.

Physical Explanations of several of the  
Fables in *Ovid's Metamorphoses* very differ-  
ent from other mythologick interpreters,  
by *Robert Hooke*, M. D. etc. — in eius  
opp. postumis, a *Rich. Waller* publicatis.  
Londin. 1705. 8. — *Edm. Burtoni* Obsr.  
de ingenio et scriptis Ouidii, in eius Ancient  
Characters deduced from classical Remains.  
1763. 8. — *Io. Iortin.* animaduerſſ. criti-  
cae in Ouidium, in Tracts philological, cri-  
tical and miscellaneous. Lond. 1790. 8. vok.  
II. pag. 290 — 296. conf. *Brüggemann* p.  
629 sq. — *Seidenſtükri* lectionum variantum  
in arte amatoria ex cod. Helmstad. excerptarum.  
Helmstad. 1786. 4. — *Rud. G. Rath* diss. praeside *Wolf.* super Ouid. Eleg.  
III. vers. 75. 76. Haleæ 1785. 8.

*Ad pag. 291. lin. 8.*

Antiquissima *Consolat. ad Liniām*, sub no-  
mine Ouidii, editio est in collectione plurium  
poematum: *Ausonii* — epigrammatōy liber;  
*Prabae Centonae* (sic) — excerptum e Maro-  
nis carminib. — *Ouidii consolatio ad Li-*  
Hh 2 viam;

viam; *Calphurnii bucolicum carmen etc.*  
per *Barthol. Girardinum.* Venet. 1472.  
fol. conf. Catal. Ducis de la *Valliere* II.  
pag. 111 — 113. *Panzer* III. pag. 93. sq.  
aliasque ab eo citatos.

*Ad pag. 292. lin. penult.*

*Wernsdorf* in tom. V. parte II. poet.  
latin. min. pag. 703. nr. VI. adnotat, inter  
*poemata vetera*, adiuncta *Dartis Phrygii*  
de B. Troisno libris VI. — esse quoque  
edita *Gratii et Nemesiani Cynegetica*, et  
*Calpurnii bucolica* per *Alexandrum Trognae-  
sum*. Antwerp. ap. Ioach. Trognaeum,  
1608. 8. iterumque Duaci 1632. 8.

Textus *Gratii Falisci latinus* adiectus  
est versioni anglicae: *The Poem of Hunting,*  
written by *Grat. Faliscus*; translated into  
English Verse, with Notes. By *Christoph Wase*, Londini 1654. 12. — *Cynegeticon*  
est etiam in Poetis latinis minoribus, ex edit.  
*Petri Burmanni fideliter expressis. Glasguae*  
1752. 8. p. 1. sqq.

*Ad pag. 293. §. 10. sect. 4. lin. 8.*

Add. supra in his supplem. notata ad  
*Virgil. de Aetna* l. ad pag. 254. Notitiae.

*Ad pag. 294. lin. penult.*

*Mimi Publiani* cum Erasmi scholiis au-  
ctis recogniti: cum *Catone* impress. per Pe-  
trum

trum Treueris in suburbio Londoniensi vulgariter (southwarke) nuncupato 1514 — *Publii Syri Mimi*, seu *Dicta*, sive sententiae selectae, cum scholiis Erasmi Roterod. Londini 1592. 8. v. *Brüggemann* View etc. pag. 533, qui etiam fusius describit seqq. libros et verss. — Proverbia s. adagia — in his *Mimi Publianis*, versi a *Richardo Tauerner*, Londini per Ricard Bances 1539. 8. — Flores aliquot sententiarum ex variis collecti scriptoribus. The Flowers of fencies gathered out of sundry wryters by *Erasmus* in Latine and Englished by *Rich. Tauerner*. Huic libello non male conuenient *Mimi illi Publianis* nuper ab eodem *Richardo* versi. Londini ex aedib. Rich. Tauerner, typ. Rich. Baikes. 1540. 8. — ib. ex aedibus Wilhelmi Middelton. 1547. 8. — ibid. ex aedib. Wilh. Copland. 1550. 12. — Inter Comicor. sentent. *H. Stephani*. 1563. 24. — inter poemata. vett. Lugduni 1596. 12. — *Mimi Publianis* sive Senecae prouerbia anglo-latina, a *Car. Hooe*, cum Catonis distichis de moribus. Londini 1659. 1670. 1704. 8. et 1749. 12. — Secundum *Io. Dan. Schreber*, in vita Ge. Fabricii pag. 219. seqq. *Syri mimi* cum expositionibus Erasmii Roterod. et Ge. Fabricii Lipsiae 1560. 8. prodierunt; item subiecti sunt antea, *Elegantiis* e *Plauto* et *Terentio* a *Fabricio* collectis Lipsiae 1550 et saepius (v. Schreber

libro cit. pag. 177 sqq.) et *scholae Fabricianas* puerilis libr. XIV. ap. Oporin. 1564. 8. v. Schreber l. c. pag. 171. 174. et 221.

*Ad pag. 296. lin. 3.*

P. Syri Mimi. Patav. ap. Comin. 1740. 8. — Cum Phaedro ed. Hoadly. Londini 1703. 1704. 1712. 8. — c. Phaedro ed. Alex. Cunningham Edinb. 1751. 1757. 8. — c. Phaedro. Paris. ex typogr. regia 1729. 16. — Paris. ap. Coustelier. 1742. 12. — ibid. 1748. 12. — Inter opp. et fragm. vett. poetar. lat. a Mich. Maittaire edita. Lond. 1713. fol. vol. II. p. 1520. atque in collect. Pisaurensi. — P. Syri mimi seu sententiae. Londini 1767. 8.

Poetae sententiosi latini: *Publius Syrus, C. D. Laberius; L. A. Seneca, Dionysius Cato*: nec non ex Ausonio dicta sapientum septem Graecorum. Instruente Iac. Elphinstonio, Britanno: qui vates hos concinnos, ciuitate donatos, eruditiss, seque ac erudieadis obtulit. (cum versione et peculiari quoque inscriptione anglica.) Lond. 1794. 12. v. Brüggens. pag. 535.

*Ad pag. 297. lin. antepen.*

De Cn. Mattio, aut Matio\*) qui *mimi-ambos* scripsit, et quorum fragmenta collegit

\*) Simplici t̄ scribitur nomen illius apud Ciceronem et Sueton in Jul. Caesare, c. 52. ex codd.

git *Zieglerus*, in praesenti Theologus Rostochiensis in libello laudato, sect. III. pag. 65 sqq. pauca addam. Ille *Mattius* etiam Iliada Homeri transtulit, et vixit tempore Caii Caesaris, cui propter insignem eruditio[n]is atque ingenii praestantiam erat amicissimus. Diversus iudicatur a *Caio Mattio*, sive *Matio*, Ciceronis familiari: (v. epistol. Ciceronis ad Matium, et huius ad illum, libr. XI. ep. 27 et 28. atque *Ernesti* clau. Ciceron, in indice historico, voc. *C. Matius*:) et diuersus a *C. Matio*, Augusti amico, atque (vt *Burmann*. ad *Quint.* I. O. III. cap. 1. pag. 217. suspicatur,) filio modo memorati C. Matii, Caesaris quoque amici, quem tamen *Scaliger* in Connect. ad *Varron.* de L. L. pag. 149. aut in exempl. Bipont. pag. 236. notar. eumdem censet, qui miniambos scripsit et Iliada verit. Add. *G. I. Voss*. Poetic. institution. lib. II. cap. 33. pag. 163. item *Spalding* ad *Quintil.* I. O. III. 1. pag. 433. et Introd. II. pag. 225 sq.

*Ad pag. 298. sect. 4. fin. 3.*

De edit. *Bononiensi*, quae olim princeps habebatur, plura tradunt *Audiffred*. in specim. editt. ital. saec. XV. pag. 28 sq. (vbi

Hh 4

Fa-

codd. Turnebi et Vaticano. v. ad Suet. loc. *Torrent*. qui de *Caio Matio* et, hoc antiquiore, *Cn. Matio*, miniamborum auctore, docte copioseque differit.

Fabricii et Orlandi errores castigat,) *Foffus* in cat. bibl. Magliab. II. pag. 143, *Goetz* in Mem. bibl. Dresd. III. p. 129. et *Panzer* IV. p. 244. At enim in ed. Bonon. cui nulli adiuncti sunt commentarii, nondum comparet *Laurentii Bonincontri* commentum, ut a *Fabricio* B. L. I. pag. 502. deceptus, in Introd. II. pag. 435. scripserau.

Neque *Romanam Manili* editionem: *Laurentii Bonincontri Miniatensis* in C. *Manili* commentum, cum ipsius *Manili* textu, 1484. fol. esse repetitionem editionis Bononiensis, neque illam roman. dici posse parum integrum et adcoram, contra Fabricium l. c. et Lairium docet *Audiffred.* in Catal. roman. edd. saec. XV. pag. 260 sq. Atq. Fabricium errasse, etiam odoratus est aliosque appellauit testes *Saxius* in *Onom.* II. pag. 457 sq. ubi de Laurentio Bonincontri circ. a. 1460. claro, agit, aliaque de illo a *Fabricio* perperam narrata culpat. Contra ipse Bonincontrius in primo suo commento seu p. 3. „ego, inquit, quinterniones (Cassinensis exemplaris) transferipsi una cum Gallina Siculio, in quibus etiam quosdam versus pluribus locis inueni, quos in exemplaribus Poggii (qui *Manili* codicem primo invenit,) aut impressorum deesse cognoui, de quibus et aliis suo loco diceimus.“ adde *Maittaire* A. T. IV. pag. 336. ubi in longa nota multorum errores de ed. Bonon. de commentar. Bonincontri,

trii, et ed. quadam *Florentina*, (at falsa, et cum Romana temere confusa, quamquam Maittario ipso nutante,) exponuntur.

Editio per Zarotum 1489. excusa est *Mediolani*. conf. Introd. II. p. 435 sq. et *Panzer* II. pag. 58. (qui edit. a. 1498. a Maittario I. p. 360. nominatam, habet spuriam,) et IV. pag. 358. — Delenda igitur essent in Notitia, verba *rep.* 1499; nam huius anni nota Maittaire l. c. signavit editionem, et in not. c. recudi fecit particulam dedicationis Dulcinianae, scriptae *Mediolani obitauo Cal. Nou. MCCCCCLXXXVIII.* (1499.) Fatendum tamen est, a me neque in parte IV. (quae est renouata et emendata partis I. edit.) inter libros a. 1499, excusos, neque in indice, (nisi aberrarint oculi,) illius anni mentionem esse repartam. Forsan post haec ipse cognoverat Maittaire errorem in nota numeri X. multiplicata.

De edit. Aldina 1499. v. Scheibeli astro nomische Bibliographie sect. I. pag. 44 sqq. *Panzerum* III. pag. 461. sq. et quos ille alios citat, atque *Fabr.* B. Gr. IV. p. 99.

Duas edd. s. l. et a. excitat *Panzer* IV, pag. 157 et 158.

*Ad pag. 299. lin. 4.*

De edit. *Neapolitana* v. quoque saggio storico-critico sulla Tipografia del Regno

di Napoli di Lorenzo Giustiniani. Neapoli  
1793. m. 4.

*Manil.* sp. *Mazochium*, Romae 1510. 4.  
v. Pinelli cat. II. pag. 347. et *Scheibel* I. c.  
pag. 68. Idem *Scheibel* V. cl. in Einleitung  
in die mathemat. Bücherkenniss, part. XVI.  
pag. 156. ac part. XVII. pag. 239. et 246.  
agit de edd. Scaliger. 1590. et 1600.

*Ad pag. 299. lin. 22.*

*Manil.* ex ed. Beatleii. Basileae 1740.  
8. —

*Ad pag. 300. lin. ult.*

*Pingre* praeinit historiam carminis edd.  
commentatorum, et subsidiorum, quibus vte-  
batur, litterariam.

In linguam *anglicam* transtulerunt metri-  
ce *Ed. Sherburne*, cum adnotatt. et adpen-  
dice astronom. Lond. 1675. fol. ac T. C.  
(*Thomas Creech*,) cum notis. ib. 1697. 8.  
v. *Brüggemann* View etc. pag. 638 sqq.

*Ad pag. 301. sed. 6. lin. 4..*

*Schwarzii* comm. recusa est in *Waldau*  
*Thesauro* bio — et bibliograph. p. 102 sqq.

*Ibid* lin. 7. leg. *antececerit*. — lin. deni-  
que 9. add. conf. *Gotefr. Richteri* specimen  
obss. criticar. pag. 38 sqq. vbi Bentleii ad  
eum epistola de cod. Lips. et aliis rebus cri-  
ticis ad *Manili* pertinientibus est memo-  
rabilis. — *M. Dan. Huber* tentamen obser-  
vatio-

vationum in M. Manili astronomicon (lib. I. et II.). Basileae 1789. 4. — *Iortini obser- criticae* in Manil. in eius Tracts philologi- cal etc. vol. II. p. 272. sqq.

*Ad pag. 302. sect. 4. lin. ult.*

In bibl. publ. Bernensi est cod. membran. saec. X. *Claudii Caesaris* (sic) *Arati phaeno- mena*, qui multis numeris differt ab ed. Gro- tiana a. 1600. quem curatius descripsit I. R. Sinner in catal. codd. msst. bibl. Bernens. (Bernae 1760. 8.) pag. 278 sqq. et fragmen- tum (sorsen recentioris et christiani poetae) ineditum ex eo publicauit.

*Ad pag. 303. sect. 5. lin. 9.*

Histoire de César (Germanicus) par L. D. B. (*Louis de Beaufort.*) Lugd. B. 1741. 8. — *Caesar Germanicus*. Ein historisches Gemälde. Nach griechischen und römischen Schriftstellern bearbeitet. Stendal 1796. 8. Quae a vett. auctoriibus de Germanico me- moriae prodita sunt, ea diligenter quidem collegit doctus anonymous, sed minus pulcre eleganterque exposuit.

*Ad pag. 303. lin. ult.*

In Introd. II. pag. 349 sqq.

*Ad pag. 304. lin. 2.*

*Macri liber de naturis, qualitatibus et virtutibus octoginta octo herbarum.* — In fine

fine Neapolis impress. per Arnoldam de Bruxella. 1475. fol. — *Macer de vſibus herbarum, versu heroico.* — Anton. Zarotus Parmiens. impressit Mediolani. 1482. 4. — *de virtutibus herbarum, cum Ie. Atrociani commentariis:* acced. *Arabi Galli hortulus.* Basil. ap. I. Fabrum Einmeum 1527. 8.

*Aemilius Macer de herbarum virtutibus cum veris figg. herbarum etc.* Per Simon de Lowicz, artium et medicinae doctorem Craeu. ex offic. Vngleriana. 8. sine nota anni.

*Ad pag. 304. lin. antep.*

*Acm. Macri fragmenta, in Michael. Maittaire Opp. et fragm. vett. poet. lat. vol. II. pag. 1528.*

*Machers Herbal practysyd by Doctor Lyngacro. Translated out of latin into Englyſhe etc. Impr. per Robert Wyer etc. sine not. a. 12. v. Brüggemann pag. 579:*

*Ad pag. 305. lin. 2.*

*Titium Septimum fuisse Horatio amicissimum, patet ex oda VII. libri II. et ex epistola IX. libri I. qua eum Claudio Neroni commendat. Locus ad illius laudem insignis est apud Horat. epist. I. 3, 9 sqq. ubi vetus interpres Horatii a Cruquio editus: Titius Septimus carmina et tragœdias scripsit; sed libri eius nulli extant. Huius autem infigne monumentum est infra Ariciam. —*

De

De *T. Valgio*, poeta, Horatii ac Tibulli familiari, et num diuersus sit a *C. Valgio Rufo*, grammatico, et rhetore, tempore Augusti, cui librum *de herbis* inscripsit (Plin. H. N. 25, 2.) v. *Spalding* ad Quintiliani I. O. III. 1, 18. pag. 432.

*Ibid* lin. 5. de *Vario*.

Gerh. Nic. Heerkens, Gropinganus, edit *Icones* (virorum illustrium quinque, tot carmina,) rec. Parif. 1788. m. 8. In praefatione agit de Tragoedia quadam in cod. saec. XIII. in coenobio quodam Germaniae detecto, quam Augusteo aevo dignam et a *Vario*, de quo pag. 70 sqq. praefat. copiose differit, confessam iudicat. Codex caret titulo; in fine autem scriptum fuisse ait: *Tragoedia Tereus explicita, quae sexta decima est*: ex qua dedit excerpta cum integro prologo, *Diomedes* inscripto: et specimen redidit censor in nouis ephem. Lipsiens. a. 1789. nr. 32. *Heerkens* quoque antiquitatis amore et opinionis errore deceptus putabat, Virgilium atque Ouidium loca illius tragœdiæ fuisse imitatos. Sed id esse falsum, et auctorem multo recentiorem, sagaciter odoratus est et ostendit Dau. Christian Grinum, schole Annaemontanae Rector in prolusione: *Tragoedia vetus latina TEREUS deperdita- rum XV. soror cuius nuper apertæ historiam et prologum tradit* — *Grinum*. Annaberg.

1790.

1790. 4. Censor autem in ephem. litter. Gotting. a. 1791. m. Ian. p. 10. suspicatur, carmen illud àevo Senecæ forsan esse serius. Enim uero cel. *Morellius*, omnibus tenebris dispulsis, acutius vidit et, verum auctorem esse *Gregorium Corrarium* saec. XV., clare patefecit in epistola quadam, Venet. 1792. euulgata, quam, quia brevis est ac paucis forsan cognitam, et tamen omnis historia docte explicatur, hic typis renouandam curauit.

*V. C. Io. Baptistas Caspari de Ansse Villoisonio Jacobus Morellius S. P. D. Roga-*  
*gas, Vir Clarissime, quae mea sententia sit de*  
*auctore Tragoediae *Tereus* inscriptæ, quam*  
*ab Augusti aetate profectam nonnemo puta-*  
*bat, immo vero contendebat. Scilicet cum*  
*Gerardus Nicolaus Heerkens Groningenensis ex*  
*bibliotheca Coenobii cuiusdam Germaniae,*  
*ut inquit, vetus eius exemplar sine auctoris*  
*nomine, solo *Terei* titulo adiecto, accépi-*  
*set; sibi ac litteris magnopere gratulatus, ve-*  
*luti *Varii*, celeberrimi illius tragœdiarum*  
*scriptoris, foetum in medium attulit, ac in*  
*præfatione ad Icohes suas, Ultraiecti anno*  
*1787. impressas, et anno proximo, Parisien-*  
*si editione facta, denuò in lucem prolatas,*  
*magna ex parte vulgavit. Est ei fides, ut*  
*video, non usquequaque adhibita; prodidit si-*  
*quidem Annabergæ anno 1790. libellus, qui*  
*ad manus mihi est, hoc titulo: *Tragoœdia**  
**Vetus Latina Tereus, desperitarum XV. so-**  
**ror,**

ror, cuius nuper repertas historiam et prologum tradit David Christianus Grimm. Vario Tragoediam se abdicare, Christiano autem cuidam auctori eam tribuere, satis indicat Grimmius: cuinam adiudicet, nescit. Tu ab Italo quopiam post tenatas litteras prodidisse auspicaris. Ac recte id quidem; auctor namque eius est *Gregorius Corrarius*, Venetus Protonotarius Apostolicus, qui saeculo XV. floruit, ex allatis praesertim a Fratre Ioanne Augustinio in primo de *Scriptoribus Veneris* volumine, tibi, rerum Venetarum studiosissimo, perquam cognitus. Typis Academiae Venetae, quam *Famas* appellabant, est ea primum impressa anno 1558, hoc titulo *Progne Tragoedia nunc primum edita*, Ioanne Riccio curante; cuius in epistola nuncupatoria Francisco Vargae Hispaniarum Regis a Consilio et eiusdem apud Pontificem Maximum Oratori haec verba sunt: *Mei vero summi in te studii index tibi erit Progne Tragoedia: quam, ut ipfius facile sublimitas indicabit, vel antiquam, vel antiquis, quae maxime laudantur, certe parrem, quae multos annos in mea latuerat bibliotheca, nunc in tuo nomine apparere volui.* Sine auctoris nomine tuin quidem prodiit, quemadmodum et in editione altera Romae anno 1638. Corrarium tamen eius auctorem certo tenemus. *Scripsi Prognem Tragoediam anno aetatis meae decimo octavo;*  
 quam

quam postquam edidi, nihil non sperauit de me *Vittorinus* (Feltensis eius praceptor): *cadebant legenti ubertim lacrymæ*. Ipsiusmet Corrarii verba haec sunt in epistola ad Cæciliam Gonzagiam a Martenne edita (*T. III. Collec. Vet. Monum.* p. 840.). Aeneae Silvii Piccolominei, seu Pii Papæ II. luculentum testimonium accedit id opusculo de liberorum educatione (*Oper. eius* p. 984. ed. Basil. 1551.): *Tragoedias quoque perutiles sunt; sed Latinum hodie, praeter Senecam, qui fuit magni Senecæ nepos, nullum habemus, nisi Gregorium Corrario Venetum, qui Terti fabulam, quæ apud Ouidium habetur, in tragediam vertit.* Bartholomaeus quoque Fontius in Dictionario manuscripto, apud Mehusium in praefatione ad Ambrosii Camaldulensis Epistolas. (p. xxiii.) versum e *Gregorii Corrarii Progne* sumtum assert; quem in hac ipsa Tragoedia reperire est. At enim virum, quod præcipuum est, argumentum adiicere præstat, sumtum ex codice apud me asservato, (nosti enim bibliothecam quoque meani domesticam codicibus manuscriptis, iisque selectis, instructam esse,) in quo Corrarii Opuscula autographa, et secundis ab eo curis expolita sunt. Primum in eo locum Tragoedia obtinet, et ipsa ab auctore, postquam in lucem primum dederat, recensita; atque adeo ab impresso textu, qui primam scriptiōnem refert, aliter saepe habet;

bet; immo vero est versibus integris tribus  
deminuta: quorum ad locum in ora codicis  
scripsit Corrarius: *Hinc, postquam edidi,*  
*duos versus amoui certa ratione: rogo, ut ex*  
*aliis exemplaribus amoueantur.* *Hinc, post-*  
*quam edidi, versum amoui.* Iam vero de  
auctore, iuxta ac de editione fatis superque  
constat. Valeat itaque Heerkensius cum Va-  
rio suo. Ceterum magna manet Corraria  
laus ex hac ipsa Tragoedia; maior autem  
ex Satyris sex Latino carmine scriptis, nun-  
quam vero editis, quas p[re] Tragoedia se  
probasse, Heinrichus Cardinalis, Angelo Gabrieli  
scribens, testatum feliquit (*Lett. Vol. II. Lib.*  
*II, p. 29.*) Haec ad te, Villoisoni dulcissi-  
me; iucundos eos de litteris sermones, quos  
in bibliotheca Marciiana quotidie confetre con-  
sueveramus, in memoriam quodammodo re-  
vocans, post diuturnum silentium, scribebam.  
Venetiis X. Cal. Octob. MDCCLXXXIII.  
raptim. Hactenus cel. Moretius.

I. Christi. Wernsdorf tomo III. Poetar[um]  
lat. minor. doctam praefixit, disputationem  
de Poetis latinis satyricis, elegiacis, lyricis,  
cum veteribus, quorum scripta interierunt;  
tum recentioribus, qui medio barbareoque aevo  
scripserunt. E veteribus igitur, qui ad hoc  
de quo hucusque egimus, acuum pertinent,  
adhuc nominandi sunt: de quorum nonul-  
lis paullo fusiis disputat Wernsdorf.

Pag. XV. *Iulus Florus*, satyrarum scriptor, cuius (ut ait Porphyrio scholiales ad Hor. Ep. I. 3.) sunt elegiae ex *Envio*, *Lucilio*, *Varrone*. Vixit aetate Horatii, cuius epist. III. libri I. et secunda libri II. sunt ad eum scriptae. — Alius *Florus*, poeta, sub Hadriano vixit v. *Wernsdorf* eod. torn. pag. 450 sqq. qui pag. 483 sqq. *Flori de qualitate vitae* excerpta s. fragmenta recudi fecit et explicavit. —

Pag. XIX. sq. C. *Rabiriar*, a Nasone, de Ponto III. 16, 5. inter aeiui sui poetas relatus, poeta epicus, (*Vellei. Paterv.* II. c. 36.) etiam, vt *Werusdoff*. suspicatur, satyrographus. —

Pag. XXX. *Rufus*, lyricus, quem laudat *Quid.* ex Ponto IV. 16, 28. —

Pag. XXXI. *Flau. Alphius Anitus*, lyricus, cuius fragm. ex P. Burmanni Anthol. lat. lib. II. ep. 267. pag. 452. vol. I. repetit et alia de eo prodit *Wernsdorf*. conf. quoque *Voss.* de poet. latinis pag. 38 sq. et *Burman.* ad I. cit. Anthol. —

Pag. XXXIII. *Tiberium Caesarem* fecisse graeca poemata et latinum carmen composuisse lyricum, inscriptum *Conquestio de L. Catesaris morte*, tradit *Suston.* in eius vita cap. 70. ubi v. interpret. Conf. quoque *Sigism.* *Iusti Ehrhardt* commenat. de Claudi Tiberii Neronis in litterarum studia meritis etc. Coburgi 1753. 8. in primis pag. 42 sqq.

Pag.

Pag. 307. lin. antep.

Leg. *mirum quantum.*

Ad pag. 310. lin. 6.

Princeps editio *Poetici astronomici* est *Ferrariensis* per *Augustinum Carnerium*, in 4. quam *Laire* in indice librotum ab inuenita typographia II. pag. 263 sq. ait, se Venetiis apud Schwaier tractasse, et in fine illius in ultima linea legi scribit: *Hos Augustini nobile vincit opus: M. CCC. LXXIII.* (1474.) *Pinellus* vero in versione Harwoodiani conspectus italica pag. 203. ubi eiusdem editionis inserit mentionem, notam a. 1475. ponit, quam etiam cl. *Panzer* I. pag. 395. priore loco refert. In catalogo tamen di Libreria (Schweyeri, patria Noribergensis, deinde negotiatoris Veneti et hominis docti,) posta in Venezia, nell' anno 1794. non memoratur.

Ex ed. 1485. *Lenz* in *Allgemeine litterar. Anzeig.* a. 1794. nr. 134. pag. 1379. quasdam dedit varr. lectiones.

Ad pag. 310. lin. 17.

Per *Thom. de Blasis* ed. Venetam iam a. 1485. 4. prodiisse, patet ex *Pinelli* cat. III. pag. 45. — De edit. a. 1488. conf. quoque *Wernsdorf Poetar.* lat. min. tom. V. part. II. pag. 697 sq. — Venet. edit. anno 1489. ex *Rossii* catal. excitat *Panzer* III.

pag. 278. cui vero ib. pag. 421. et pag. 462. edd. Venetae Ald. 1497. atque a. 1499. suspectae esse videntur.

*Ad pag. 310. lin. antep.*

Ed. Ven. 1512. 4. existat quoque in catal. Schwarz. II. pag. 291. — Ibid. p. 269. *Higini* (sic) poetic. astronom. Papiae 1513. 4. — Parrhisiis ap. J. Lambert. 1514. 4. cum figg.

*Ad pag. 311. lin. 10.*

In biblioth. Christii I. pag. 394. ita designatur editio: C. *Tellii Higini poet. astron.* Coloniae opera et impensis Io. Soteris. 1534. fol. cum figg. at ed. a. 1535. *Münker* in praefat. ad Hyginum citat laudatque; qui historiam edit. criticam concinnauit. — In catal. *Schwarziano*, tom. I. pag. 107. nr. 1779. occurruunt *Hygini* fabb. cum *Palaephato*, *Fulgentio*, *Arato* et *Protlo*. Tübing. 1535. fol. — Ab *Hainbergero* in zürchl. Nachr. I. pag. 563. citatur: *Hygini* poeticum astronomicum, ad veterum exemplarium eorumque historum fidem diligentissime recognitum, et ab innumeris, quibus scatebat, vitis purgatum. Saltingaci. opera et impensa Jo. Soteris. 1539. fol.

*Ad pag. 311. lin. 10.*

Exemplari ed. a. 1549. quod est in bibl. Leidenensi, ab Hugone Grotio plura sunt adscripta.

scripta. — Exemplari autem edit. *Mytholog.*  
*lat. antiq.* in quibus *Hyginus*, *Fulgentius*  
*Planciades*, *Iulus Firmicus Maternus*, *Albri-*  
*eius*; e rec. *Hier. Commelini*; ex bibliopol.  
*Comineliano*, 1599. 8. varia sunt adnotata  
manu *Vossorum*. v. Catal. illius bibl. pag.  
166. — *Hygini* fabb. etc. ex ed. *Micylli*.  
*Basil*, 1570 fol. — ex eiusd. edit. cum emen-  
dationibus. *Lugduni* 1608. 8.

*Ad pag. 311. fin. antep.*

Add. II. tom. in tomo priore sunt *Hy-*  
*gini* fabulas et poeticon astronomicum.

*Ad pag. 313. fin. I.*

Ita legendum est: vide (*Io: Gottfr. Wel-*  
*leri*) *Altes aus alten Theiten der Geschichte,*  
*oder alte Vrkunden — und Nachrichten von*  
*alten Büchern*, tom. II. part. VIII. Chemnit.  
1764. 8. — Repetita est illa particula in  
*Lipſ. nouis act. erudit.* a. 1769. m. Iun. p.  
284 — 286.

*Ad pag. 314. secū. 4. fin. 8.*

Leg. *Cos.* progenerum *Tiberii* etc. —  
De illa autem rara et principe Velleii edit.  
v. *Baumgart.* Nachrichten von merkwürd.  
Büchern, tom. III. pag. 449 sqq. *Strauß*,  
opera rarioꝝ bibl. Rebdorf. etc. pag. 221 sq.  
*Burmanni* ac *Rulinken* praefatt, etc.

*Ad pag. 315. lin. 6.*

Add. in fol. et conf. Clement Biblioth. historiq. I. pag. 434 sq.

*Ad pag. 316. lin. 9.*

Notam a. 1668 reperi in catal. *Menken*. I. pag. 168, et in catal. *Coin de Rewizky* pag. 65. — *Vell.* cum Tacito cum commentar. Paris. P. Chevalier, 1608. fol. — *Vell.* ex rec. *Valentini Acidalii*. Patau. P. Meiettus 1590. 8. — eiusd. *Acidalii Velleianar*, lectionum liber, ibid. 1591. 8. — *Vell.* cum scholiis et notis *Meputii*, I. Lipsii, et Iac. Schegkii. Lugd, le Preux. 1593. 8. — *Velleius* est quoque in collectione, quam habeo, plurium historicorum ita inscripta:

*Historiae romanae epitomae*; Lucii Iulii Flori; C. *Vell. Paternuli*; Sext. Aur. Victoris, Sexti Rufi Festi, Messalae Corvini, Eutropii, Pauli Diaconi, M. Aur. Cassiodori, Iornandis et Iulii Exuperantis. Acc. tractatus de mensuris et ponderibus. Amstelod. ap. Io. Iansson. 1630. rec. ib. 1647. in minima forma. — Lugd. Bat. 1649. 12. — *Velleius Paternus*. ap. Elzeu. Lugd. Bat. 1639. 12. — ed. N. Tauernieri. Paris. 1658. 8.

*Ad pag. 317. lin. 4.*

Leg. Sheldoniano. — Alteri Hudsonianae editioni a. 1711. accessit adnotationum partim suarum ipsius, partim ex pluribus excerpta.

scriptarum libellus. Velleii autem verbis subiectae sunt discrepantes priorum edit. lectio-nes et interpretationem emendationes atque coniecturæ.

Editio Roberti Riguezii in usum Dolphi-ni. Paris. 1675. 4. valde improbata a Bur-manno I. in praefat., est Londini 1730. 8. recusa. — *Velleii Pat.* quæ supersunt, (cum varr. lectionibus et indice copioso, cura Mich. Maittaire,) Londini ex off. Iac. Ton-sen et Io. Watts. 1713. 1718. 1725. 1744. 12. — *Vell.* — Edinburgi. 1721. 8.

*Ad pag. 318. lin. 23.*

In linguam germanicam transtulit Frieder. Jacobs, Lips. 1793. 8. Is saepe amplexus est Ruhnkenii coniecturas, suasque criticas protulit suspiciones et in versionem suam recepit. In praefat. defendit Velleum Paternulum. De hac versione sobrie iudicat eamque cum alia anonymi versione, Rotenburg. ad Fuld. 1781. 8. comparat cl. Degen in Versuch einer vollst. Litterat. der deut-schen Uebersez. der Römer, sect. II. p. 537. sqq. — Anglice verterunt Velleum Robert le Grys, Lond. 1632. 8. — Thom. Newton, ibid. 1721. 1724. 12. et Paterson, Edinb. 1722. 8.

*Ad pag. 319. sett. 6.*

Io. Frid. Christius in Noctium academ. Specimine I. pag. 30 — 46. (Halae Mag-  
li 4 deb.

deb. 1729. 8.) post Bugm. euras quaedam Velleii Pat. loca illustravit et castigavit, atque de Velleii iudicavit ingenio, Burmanni notas quoque aliquoties examinavit Thom. Wopkensius in Lectionibus Tullianis; postea saepius in aduersariis criticis in Velleium in Miscell. obss. in auct. vol. VIII. tom. I, quibus *Burmannus* opposuit animaduerss. ibid. tom. III. p. 353. ab illis vero vindicavit aduersaria sua critica Wopkens. ib. vol. IX, tom. II. p. 237. Praeterea Christ. Aug. Heumann scripsit considerationes quarundam Burmanni notarum ad Velleium in actis erud. Lips. a. 1721. pag. 116. — G. Warburton in C. Velleii historias emendationes, in Biblioth. britanniq. Hagae Com. 1736. 8, tom. VII, pag. 256 sqq. — Edm. Burton obseruatt. in Vell. Patenc. in eius ancient Characters deduced from classical Remains. 1763. 8. — Christi, Crucis in Probabilibus criticis, (Lips. 1753, m. 8.) cap. XIV. pag. 115 sqq. plura Vell. Patenc. loca tentauit atque explicavit. Ego in Opusc. varii argum. pag. 192 sqq. de tribus locis meam qualitercumque dixi sententiam. — Cel. Herelius plura loca acute emendauit illustravitque in: *Kritische Beobachtungen über die römische Geschichte des Caius Velleius Patenc. von I. F. Herel.* Erford. 1791. 4. Per occasionem emendantur pag. 15 sq. Propert. IV, el. 11, et pag. 19 sq. Tibull. I. 3. 63 et 64. —

DAN.

**Dan. Guil. Molteri** disp. de Velleio Patero. Altdorf. 1685. 4. — **Adami Rechenbergii** diss. de Luvio Druso, trib. pleb. ex Velleii II, 13, 14. inter eius dissent. histor. polit. Lips. 1693. 8. pag. 246 sqq. **Alia scripta Vellei**um illustrantia suppeditabit Catal. Bünae. I, pag. 329. et tom. I. vol. II. p. 1670 sqq.

*Ad pag. 319. sect. 3, lin. 4.*

Scrib. *superfunt ne hi quidem integri, sed corrupti passim mutilique. Ex iisdem decem libris excerpta s. fragmenta restant. Exstat quoque Suasoriarum liber, isque (ut credibile est,) primus tantum, nec hic integer.* v. Ernest. Fabric. B. L. II, pag. 88 sq.

*Pag. 320. lin. 2. post, Fabrum, pone comma.*

*Ad pag. 322. lin. 1.*

**Corrige:** *de ira libros tres.*

*Ad pag. 322. lin. 10.*

Partem libri *de otio cel.* *Ruhkopf* cum Mureto et Lipsio in sua editione sciunxit a libro de vita, quocum in codd. et vett. editt. vna serie connexum est; et propter argumenti similitudinem, quae ipsi videbatur, post librum de constantia sap. pag. 417 sqq. collocavit; sed partem esse libri de vita beata, (arque forsitan erat caput totius libri, Seneca*ipsiusque vitae apologia*, in quo inquisitionem,

quid sit vita beata, introductio,) eruditè de-  
pendit M. Christ. Ferd. Schulze jn disp. Pro-  
legomena ad Senecæ librū de vita beata.  
Lipsiac 1797. 4. conf. Ien. Allg. Litt. Zeit.  
m. sum. 1797. nr. 179. pag. 615. — In seq.  
lin. leg. libr. VII, et lin. antep. leg. απε-  
κολοκυτωτις.

*Ad pag. 323. sect. 3.*

Plures editiones, præcipue singulorum  
opusculorum, et plures versiones alio loco  
et tempore indieabo.

In editione principe *Neapolitanæ* anni  
M. D. L. XXIIII. (h. e. 1475.) in calce prio-  
ris vol. in pagina vltimi folii auersa index  
opusculorum, quae continentur, sequens ex-  
hibetur. „In hoc volumine continentur in-  
fra scripti libri Senecæ. Primum. Liber  
vnus de moribus. Liber ynus de formula  
honeste (sic) vitae vel de III virtutibus car.  
Liber vnus ad Gallionem de remediis fortui-  
torum. Libri decem declamationum \*). Li-  
bri duo de clementia ad Neronein. Libri  
septem de beneficiis ad Eburium liberaliem.  
Libri tres de ira ad Nouatum. Liber vnus  
de mundi gubernatione, diuina prouidentia et  
quare

\*) Hi decem libri declamati sunt Excerpta ex  
controversiarum libris decem. Sed, vti per  
totam editionem, dignam, quae conferatur,  
saepe differunt lectiones ab iis, quae sunt in  
edit. Lipsiæ Gronovii.

quare multa boni (sic) viris acedant. Liber unus de vita beata ad gallionem \*). Liber unus de consolatione ad martiam. Liber unus de consolatione ad albinam matrem suam. Liber unus de tranquillitate vitae ad serenum. Liber unus quomodo in sapientem non cadit iniuria. Liber unus de breuitate vitae ad paulinum, cui continetur liber unus de consolatione fratris ad pollibium (sic) sine inscriptione et interuerso ex iucuria famuli componentis qui incipit *Nostra coquares firma sunt.* Proverbia Senecae. Ultimo eiusdem Epistole ad Lucillum \*\*) centum viginti quinque. His vero praemittuntur spuriæ Senecæ et Paulli epistolæ amoebææ. — In catalog. Barberin. II, pag. 374. citatur editio Opp. Senecæ cum epistolis Paulli ad Senecam et Senecæ ad Paullum. Neapoli 1484. fol. an eadem est, quæ superior, quæ, adnotante Rewiczky, interdum, at viciose, citatur an. 1474? et forsitan confector catal. Barberin. male legit et scripsit a. 1484.

*Ad pag. 323. fin.*

Eiusmodi edit. s. l. et a. describitur in Catal. Valler. II, p. 749. et a Panzero V. C. I. p. 77. vbi Argentorati typis lo. Mentelii excu.

\*) Huic continuo et sine interuerso adhaeret fragm. de otio.

\*\*) In ipso textu epistolarum scribitur *Lucilius.*

excusa iudicatur. — Alia edit. sine l. et a.  
(circ. an. 1498.) fol. min. describitur a cel.  
*Fossia cat. bibl. Magliab.* II. pag. 565.

*Ad pag. 324. lin. 21.*

*Lege: Suasorium (sic) et Controversiarum etc.* — Ita quoque in ed. Opp. Venet. 1503. fol. per Bartholomeum de Zanis de Portesio.

*Ad pag. 325. lin. 9.*

Num ex Aldina officina *Opera Senecae*,  
(vti traditur in Ern. Fabric, B. L. II. p. 111.)  
a. 1522. exierint, euidem nescio et vero  
haesito. In Serie quidem dell' ediz. Aldine  
ad illum annum, pag. 55, in *Menkenii catal.*  
patt. I. inter edit. aldin. pag. 275, in *Pinelli*  
catal. I. pag. 258 etc. memorantur tantum  
(vti ab ipso Fabricio pag. 108.), *Lucii Am.*  
*Senecas naturalium quaestionum libri VII.* et  
*Matthaei Fortunati in eosdem annotat.* Ven.  
in sedibus Aldi et Andreae saceri. m. Febr.  
1522. 4. (in forma 8. in catal. Burmann.  
II. pag. 164.)

*Ad pag. 327. lin. 1 — 3.*

Ita locus est consituendus: *Iani Gruteri*  
*animaduersiones in L. Annaei Senecae opera.*  
*In quibus, praepter omnes passim omnium*  
*huius superiorisque acui doctorum hominum*  
*emendatt. interpretationesque quam plurima*  
*loca supplementur, confirmantur, corriguntur,*  
*illu-*

illustrantur, opt. MSS. quae in biblioth. elect. Palat. His additae Nic. Fabri annotationes ad Senecæ patris controverias et filii apocologyntofin. Ex typographio Hieronymi Commelinii a. M. D. XClIII. (1594.) fol. Meo exemplari textus Senecæ additus non est, qui secundum Fabrie. et edit. Bipont. adhaerere videtur, si recte notauerat. Rec. (Lugd.) suntu lo. le Preux. 1595. 8. sine textu Senecæ etc. Sed de hac edit. ap. le Preux quoniam variavit V. D. nihilque mota est controversia; plura alio tempore dicuntur. — De edit. Commel. II. a. 1604. et de adjunctis notis Romanorum vett. vulgo *Senetus* et *Tironis* nomine insignitis, copiosus est doch. editor Ripont. pag. XXXIV sqq. notit. litter. Schefferi emendat. naturam, quae dicuntur Senecæ et Tironis, postumæ leguntur in Misc. obss. critic. in auctores, vol. IX. tom. II. p. 158 sq. add. supra; pag. 264. adnotata. — Lin. 14. delenda sunt verba *Ope MSS.* — 1594. 8.

### *Ad pag. 328. lin. 4.*

Post: 1613. 8. add. II. tom. apud lo. Vignon: quae edit. ita typis renouata est, ut, exceptis vtriusque inscriptionis primaeque plagulae foliis, paginae et lineae sibi inuenient responderent, Geneuae sumptibus Sam. Chouet. 1665. 8. II. tom. — Edit. Elzeviana ex recens. Justi Lipsii et Andr. Schotti prod.

prodicit 1639 et a. sq. in 12. v. Phleissi ca-  
tal. I. p. 257. et cat. Röwiczk. p. 76. atque  
exemplar, cuius totum secundum, in quo  
Epistolaes et quæstiōnes natur. sunt, tantum  
possideo, notam habet *Lugd. Bat.* 1639: 12.

*Ad pag. 328. lin. 23.*

*Senecæ opera selecta.* Paris: Barboti. 1761  
— 1776. tom. II. 12. — *Sen. rhet. et phi-*  
*los. opp.* Patau. 1728. III. vol. 8. — No-  
vam eamque criticam edit.; congestis unde-  
cunque codd. editionibusque aut collationi-  
bus (corūm quoque, quos bibl. acad. *Erlang.*  
seruat, codd.) a pluribus annis molitur cl.  
*Festlerus*, sed hucusque adhuc ea est in ex-  
pectatione. Interea praeclaram criticam-  
que edit. curare coepit cl. *Ruhkopf* eiusque  
volumen *primum* publicauit. Inscriptio au-  
tem haec est:

*L. Annaci Senecæ philosophi Opera omnia,*  
*quae supersunt. Recognovit et illustravit*  
*Frider. Ernest. Ruhkopf*, Director gymna-  
sii Bielefeldensis. vol. I. Lipsiae in libraria  
Weidmannia. 1797. m. 8:

*Ad pag. 329. lin. 2.*

Antiquioris editionis notitiam: *Sen. de*  
*quatuor virtutibus cardinalibus: de remediis*  
*fortuitarum. absque vlla nota, sicc. XV.* in  
8. praebet cl. *Morell.* ad Pinelli catal. I. p.  
258. Haud paucas edd. illorum et aliorum  
opus-

opuscul. Senecæ edd. saec. XV. refert cel.  
Panzer passim ita A. T. v. indicem voc. Se-  
neca. — Editiones *Mimorum*, falso tributo-  
rum *Senecas*, v. ad paragraph. de Syro.

*Ad pag. 329. lin. ult.*

Locum *Letai* pag. 5. ed. Cort. qui eam  
difficilem habet atque tentat, *inter sextam et*  
*septimam — horam tam bonam?* aliter ex-  
plicuit oīth. Scioppius s. Pasc. Gtosippus in  
Paradoxis literar. ep. 6. pag. 51. ed. Mediol.  
1628. 8. — *De Apocolocyntosi* v. etiam  
Ge. Pasc. de variis modis moralia tradendi  
etc. Kilon. 1707. 4. cap. III. pag. 259 sqq.

C. A. H. (*Heumann*) in supplement. act.  
erud. Lips. tom. VI. pag. 296 sqq. confecit  
*indicem expurgatorium ad Senecæ αποκολο-  
νύτωσιν*, h. c. multis locis depravatis me-  
dicinam adhibet non semper salutarem, mul-  
to minus necessariam. Atque saepius im-  
probat illam *Frid. Christoph. Neubur*, (prae-  
tor regius apud Gotting.) in sua edit. cum  
versio[n]e germanica, (*Des Luc. Ann. Seneca  
Spottgedicht*, etc.) Lipsiae 1729. 8. cuius in-  
terpretationem et animaduersi. ipse *Heumann*  
in Act. erud. Lips. a. 1729. pag. 229. sqq.  
valde laudat, et adfirmat, auctorem et ver-  
sioni subinde notas historicas ac philologicas,  
lingua patria haud ineleganter conscriptas  
subiecisse, et de autographo Senecæ seque-  
bene meruisse etc. „Exprimit enim, ait Heum.,  
textum

textum integrum, subiectit notas criticas lati-  
no idiomate, supplet lacunas, corrigit men-  
das, tum ex optimis libris, tum ex magnorum  
criticorum castigationibus, tum ex suo  
saepe etiam ingenio, idque non infeliciter.<sup>“</sup>  
Quam sequo anima tulerit dissensum, in  
fine declarat epigrammate, quod ipsi Neuburo  
scripsit gratulandus. — *Apocolokyntofis*  
etiam vertit germanica, notisque litterarias,  
exegeticas atque criticas, textumque latinum  
addidit *Cyr. Gottlob Sonnstag* in libro: *Zur Unterhaltung für Freunde der alten Litteratur*, fasc. II. Rigae 1790. 8. Pag. 69 sqq.  
recensuit edd. et de illis, aut aliis commen-  
tatoribus, e. g. *Scheffero* in *lecht. academic.*  
pag. 279 sqq. *Dan. Heinso* in *commentat.*  
inter eius oratt. a. 1627. pag. 608 sqq. ac  
de versionibus subtiliter iudicauit.

*Ad pag. 330. līs. 2.*

Cel. *Panz.* I. pag. 398. probabilius re-  
fert ed. *Ferrar.* ad a. 1484 aut 1485. bello  
inter Venetos et Herculem, Ferrariae ducem  
finito, quod respexit curator illius edit. in  
epigrammate, posito ad calcem tragœdiae  
ultimæ, Hercules Oetaeus inscriptæ. — *Frey-*  
*tag* in *Analectis litter.* pag. 179 ex *Maior.*  
*A. T. I.* (f. IV. part. 2.) p. 450. citat *Cnic-*  
*tani apologiam et comm.* in *Senzens tragœd.*  
Venet. 1483. sed suspicatur, quod in nomen-  
clatore *Grououii*, etiam ed. *Schroeteri* prae-  
misso,

missio, illi Caetani apologiae etc. antius 1493. adseritur; per errorem loco a. 1483. scriptum fuisse 1493. Quando autem Ios. Simlerum in biblioth. Gesner. pag. 155. erroris arguit; quod auctorem vocat *Datt. Galetanum*, librum vero Venet. 1594. excusum fuisse scribit; monendum est, in numero quidem ann. esse errorum typogr. pro 1498. sed loco *Caetani* in fronte illius edit. et aliquoties omnino exaratum dictumque legi *Galestanum*, equidens editionis a. 1498. exemplo, cuius in Notitia mentionem feci, possum adfirmare.

*Senec. Tragoedias.* In calce: *Impressum Parisiis, in vico clauso brunelli per Ioh. Higmanum et Wolfgang Hopyl fabrios. s. a. nota. 4. v. Cat. Bünau. I. p. 338.*

*Ad pag. 330. lin. 16.*

De binis edit. Iuntinis v. *Bandini* antial. Iuntar. typogr. pag. 19 sqq. et pag. 47.

*Ad pag. 330. lin. ult.*

*G. Fabricius.* in epistola multas profert conjecturas. Usus vero est eod. quem a Io. Regionontano vetusti et diligenter descriptum esse, a se autem collatum, et ex eodem locos pluriimos deformatos iam in aliquam restitutos esse dignitatem, in epistola dedicatoria narrat. Lipsio quidem not. ad Agamemnona non satisfecit Fabricius: huius tamen

K k

diss.

diff. laudat *Reinhard* in theatro prudentiae elegantior. pag. 116. Add. I. *Dau. Schreberi* vitam Georgii Fabricii pag. 217 sq.

*Ad pag. 331. lin. 15.*

De prima Delrii ed. vide edit. Bipontini notit. litterar. de Senecae tragoediis pag. XIIIL sq. — In altera edit. s. in syntagma a. 1593. (vti testatur edit. Bipont.) et tertia, (quam ipse habeo,) a. 1619. Sunt in parte secunda Senecae tragoediae cum aduersariis recognitis, in melius mutatis auctisque; tercia pars (cum nota loci et anni Lutet. Par. 1620.) comprehendit *Delrii* nouum commentar. in decem trag. quae vulgo Senecae adscribuntur. Alterius partis ab initio indicat is *auxiliaria castigationi contextus*, (h. e. codd. etedd. quibus. usus est,) et mirifice laudat Lipsii animaduersiones, minus vero probat edition. Lipsiensem typis Voegel. ex emendat. N. (Fabricii,) et moleste tulit, a Plantino in ed. Delrii prima Antwerp. 1576. contextum, non a Delrio correctum, sed purum putum saxonicum (h. e. Fabricianum) ad litteram esse expressum.

*Ad pag. 331. lin. 18.*

Nitida Edit. Plantin. 1588. constat quasi duabus partibus. Prior continet tragedias; posterior autem, quae suam habet paginarum seriem, exhibet Lipsii epistolam ad Raphelinum,

gium, in qua primum iudicat de tragœdiarum scriptore, tum tragœdias ipse critice pertractat, et partim, ut ipse ait, ex ingenio, partim ex veteri codice sane bono permulta corrigit Senecæ loca. Raphelingii autem notæ equidem in hac metnor. editione, in cuius ultima pagina Lipsii epistola, Lugduni 1587. scripta, finitur, non inuenio. Illæ igitur sequenti Rapheling. edit. an. 1601. 12. et aliis accessisse videantur. Atque ego habeo exemplum, cuius calcii Raphelingii notæ sunt adnexæ à pagina 445 post Lipsij animaduersi: *L. Annaei Senecæ* Cordub. Tragœdiae, eum. *Iusti Lipsii* et *Francisci Raphelingii* animaduersiōnibus et notis. Auct. reliæ Allobrog. apud Petrum de la Roviere. 1611. 12. In indicē tamē potiorum edd. Gronouianae editioni p̄aethissō dicuntur *castigationes Francisci F. F. Raphelingii* eodem anno, (n. 1588.) Lugd. Batav. (separatim tēor) esse excusæ. Quo facile fieri potuit, ut quibusdam Senecæ exemplariis illius anni a bibliopégis adiutigerebunt Rapheling: castigationes. — *L. Ann. Senecæ* decem tragœdias ex emendatione doct. virorum, additis selectioribus notis Th. Farnabii ac aliquotum. His accessere flosculi delibati, ut et index etc. Noriberg. sp. I. Andt. Endterum et Wolfgangi junioris heredes. s: a. (medio fasc: XVII.) 12. — *Litt. 27. leg. Seriuarii.*

---

Ad pag. 332. lin. 17.

A Cortio acriter dureque notata est Schroederi editio in actis erudit. Lipsiens. a. 1728. pag. 448 sqq. Aduersus quem eodem anno Schroeder se defendit in lib.

*Notarum et animadversionum ad Senecae tragoealias vindiciae a distortionibus et calumniis alicuius ex editoribus Actorum eruditorum Lipsiensium.* Delphis. 1728. Adde Ernesti-Fabr. B. L. II. pag. 137. De Dukeri responsione haud leni v. quoque cel. Saxii Laudation. Caroli Andr. Dukeri, Traiecti ad Rhen. 1788. 8. pag. 39. — *Trageediae. Vratislaviae 1754. 8.*

## Ad pag. 332. lin. 22.

Nouam editionem Tragoediarum nouamque recensionem, subsidiis XVII. codd. et edd. veteristarum adiutus, parat cl. Baden, et promulgatam quasi dedit in tragodia quadam Senecae nobili separatim edita amplissimoque commentario instructa:

*Hercules furens. Specimen nouae recensionis tragoeidarum L. Annaci Senecae, auctore Torkillo Baden.* Kilomii sumt. C. E. Bohn. 1798. 8. In *Hercule furente* profuit quoque Badenio lectionis varietas, quam e cod. Varsouiensi Groddeck excerpit et Hellen vulgavit in *Bibliotheca litteraturae artisque veteris*, partic. X.

Ad

*Ad pag. 333.*

Plurima Senecae opuscula et tragica et philosophica saepius sunt in varias linguas translatæ. *Fabricius* in B. L. loc. cit. quasdam, et *Panzer* in A. T. antiquissimas saec. XV. in medium proferunt versiones. Atque de *anglicis* vide *Brüggemann View* etc. pag. 651 sqq. — de *germanicis* *Degen* l. c. pag. 359 sqq. (quibus addes: *Seneka über die Kürze des menschlichen Lebens*, Berol. 1796. 8. et *Frankii* versionem eiusdem opusculi cum obseruate. Berol. 1797. 8. conf. Kilon. bibl. vniuers. german. vol. XXXVII, part. I. fascic. I. pag. 27. et vol. XXXVIII, part. I. fasc. IV, p. 237 sq. in vol. autem XL. part. I. fasc. IV. pag. 239 sq. a. 1798. de versione I. A. *Schmidtii* germ. *Senecas de beneficiis*, cum adnotat. Lipsiae 1797. 8.) — De *italicis* versi. v. *Raitonum* l. c. tom. IV. pag. 17 sqq. — *L'Esprit de Sénèque*, ou les plus belles pensées de ce grand philosophe, enseignant l'art de bien vivre pour servir de guide à conduire nos passions, pratiquer la Vertu et fuir le Vice. Paris. 1685. 12. II. part. — *Aug. Buchneri in L. An. Senecae consolationem ad Heluiam, praefatio*. Wittenbergae 1655. 8.

*Ad pag. 333. lin. vlt.*

De *Neuburiis ac Sonntagij* versionibus paullo ante plura adnotauit.

*Ad pag. 334. fin. 7.*

*Théâtre de Sénèque.* Traduction nouvelle, enrichie de notes historiques, littéraires et critiques et suivie du texte latin, corrigé d'après les meilleurs manuscrits par L. Coupé. Paris. 1796. II. voll, *Coupe Senecam philosophum esse verum tragoeiarum auctorem, ac noluisse nomine profiteri arbitratur.*

*Ad pag. 335. fin. 5.*

*Dan. Heinsii lectu digna oratio de stoica philosophia, quae est in Epictetum, Senecam reliquosque stoicos philosophos quasi introductio, inter Heinsii Oratiopes, Lugd. Batav. 1627. 8. pag. 608 sqq. est recepta, praemissa quoque editionai Senecae cum notis P. Scriverii, I. If. Pontani et Dan. Heinsii, Amstel. 1620. 8. — De Seneca, eius scriptis, philosophia ac theologia, interpretibus, censoribus, versionibus etc. plura colligit Paschius de variis modis moralia tradendi p. 635 — 645. — M. Gotefr. Käwitz disp. praeſ. D. Aegidio Strauchio, P. P. O. de Christianismo Senecae, Wittebergae 1668. 4. rec. Jenae 1706. — Mich. Frid. Lerche disp. inoderante Io. Adamo Schmidt, P. P. O. de Seneca eiusque theologia. Jenae 1636. 4. — M. Jo. Philippi Apini dissert. de religione Senecae, Wittenbergae 1692. 4. — M. Christ. Wilh. Loescheri disput. de epistolis Pauli ad Sene-*

Senecam hypobolimaeis. Wittenb. 1694. 4.  
 add. *Heumannii acta philosoph.* I, pag. 733.  
 742 sqq. — tom. II, pag. 161 sqq. — M.  
*Car. Philipp. Conz Abhandlungen für die*  
*Geschichte und das Eigenthümliche der spä-*  
*tern Stoischen Philosophie, nebst einem Ver-*  
*suche über die christl., Kantische und Stoic-*  
*sche Moral.* Tubing. 1794. 8. Auctor praes-  
 fertim persegitur Stoicos recentiores, Sene-  
 cam, Epictetum et Antoninum philos. docet-  
 que, quae illi cum veteribus Stoicis habeant  
 communia, tum, quas quilibet eorum discre-  
 pantes et peculiares soueat sententias. adde  
 Introd. in histar. L. Gr. II. 1. pag. 66, Got-  
 ting. ephem. litter. a. 1795, nr. 173. Ien.  
 A. L. Z. a. 1795. nr. 147. mens. Mayo. —  
*Apologia Senecae, in Mich. Montaigne Ge-*  
*danken und Meinungen über allerley Gegen-*  
*stände: e versl. german, tom. III. Berol.* 1793.  
 8. cap. 32.

*Ad pag. 335. circa fin.*

*Lipsi* manuductio est quoque in illius  
 Opp. tom. V. — *L. A. Seneca* der Sitten-  
 lehrer nach dem Charakter seines Lebens und  
 seiner Schriften, entworfen von *F. Nüschler*, Prof, tom. I. Tiguri 1783. 8. — Vin-  
 dicularum *Senecae* pars prior, auct. *Io. Iac.*  
*Czolbe*, Gedano, Ienae 1791. 4. conf. Bi-  
 bliothek von Anzeigen und Auszügen klei-  
 ner Schriften. Ienae 1791. 8. vol. II. part. IV.

pag. 175 sqq. vbi de Senecae notatione quaedam bene dicta sunt.

*Ad pag. 336. circa fin.*

De Gruteri animaduertiss. paullo ante notauit quaedam. — *Gruteri liber suspicionum extraordinar.* in meo exemplo subiectus est sine titulo *Gruteri suspicionum libris IX.* (v. in Notitia pag. 51, operis inscriptionem). — *Gruteri confirmatio etc.* edita est *Wittebergae*, (vbi in meo quidem exemplo excusa esse dicitur,) 1591, 8.

Vita di *L. Anneo Seneca* libri IV. di *Carl de' Rossini*, Acad. Fiorent. Roverodo. Marchesani 1795, 8. More vulgari opus, excerptis ex opp. Senecae longioribus oppletum, sine villa historica arte critica scriptum esse dicitur,

*Seneca, Philosoph und Minister*, II. Briefe von *Herder*, in *Gentz* neuer deutschen Monatschrift, a. 1795. mens. Iul, pag. 228 sq. Oeconomiam quasi describit, quomodo argumentum tragœdias Senecæ sumi possit atque tractari.

De tragœdiis *Senecæ* historicæ, criticæ atque æsthetice disputat *Jacobi* in: Nachträge zu Sulzers allgem. Theorie etc. tom. IV. part. II. pag. 332 sqq. et ipse Sulzer in allgemein. Theor. voc. *Seneca*, parte IV. pag. 355 sq. ed. II. ibique vide *da Blankenburg*, aut

aut hunc in Litterar. Zusätzen, tom. III. pag. 159 sq. et pag. 232 sq.

*Gotth. Ephr. Lessing de Senecæ tragœdiis, in eius Theatral. Bibliothek, Berolini 1754. 8.*

*Jos. Justi Scaligeri animaduersi. criticæ in Senecæ tragœdiis, in eius Opusculis variis, Paris. 1610. 4. pag. 297. aut edit, Fran. cof. 1612. 8. part. II. pag. 1 sqq.*

*Io. Henr. Boecleri comparatio inter Hippolytum Senecæ et Euripidis, inter eiusd. dissertatt. academ. Argentor. 1710. 4. tom. II. pag. 1159 sqq.*

(Iortini) animaduersi. criticæ in Senecæ tragœdiis, cum castigatt. Dorville et Burmanni I. in miscell. obseruatt. in auctores etc. vol. I. tom. I. pag. 68 sqq. et tom. II. pag. 287 sqq. — In nouis miscellan. obss. criticjs tom. I. pag. 129 sqq. quædam loca in Thyeste et Hippolyte emendantur et explicantur. — Ibid. in tomo II. pag. 125 sqq. leguntur variae lectiones in excerpta Senecæ ex peruetusto cod. Salmasiano, collato cum edit. Gronou. a. 1649. 12.

*I. Iortin Remarks on Seneca. Londini 1734. et in eius Tracts philological etc. Londin. 1790. vol. II. pag. 404 sqq. conf. Memoirs of the Life and Writings of John Iortin, D. D. by John Disney. Lond. 1792. 8.*

Jo. Hildebr. Wisthofs praemetium crucium criticarum praecipue ex Seneca Tragico. Lugd. Batav. 1749. mai. 4.

Ad pag. 337. sect. 2.

Bianconi (Bianconius) quoque in libro, postea memorando, (Sendschreiben etc.) p. 115 sqq. negat, Celsum fuisse medicum, quem vocant, practicum. Sed Krause in epist. praemissa, pag. XXXV sqq. contendit, eum non solum virum fuisse artis medicæ peritum, sed eam quoque usu atque exercitatione habuisse cognitam, et Plinii locum pro sua explicat sententia.

Ad pag. 337. sect. 3. fin. 5.

Celsus scripsisse libros de arte rhetorica, cognoscitur vel ex Quintil. I. O. qui per multis locis eius meminit, et plerumque reprehendit: (loca vide excitata in ind. II, ad edit. Gesneri, voc, *Celsus*:) in primis libr. XIII, 11, 24. ubi vulgo legitur *Corn. Celsus* mediocris vir ingenio; sed Gunzius in diss. *δαρεγχιας* in sacris Aesculapii etc. Lips. 1737. in ultima thesi locum Quintil. ita emendat, *Celsus medicus, acri vir ingenio*. Illud tamen Celsi opusc. non tulit aetatem, Fabri quidem in Bibl. latinae volumino III. vet. ed. pag. 758 sqq. Celsus tribuerat libell. qui exstat de arte discendi, euinq; ex edit. Popmae, huius autem notis omissis, recudi fecit:

fecit: postea tamen, meliora edocitus, mutavit sententiam in B. Gr. l. c. (vbi pariter in Elencho medicorum de Celsō quaedam narrat,) et Bibl. latin. med. et insimae aetatis, l. mem. Atque in noua B. L. edit. Ernest. tom. III. pag. 462. (vbi de *Iulii Seuerianus* syntomatibus siue praeceptis artis rhetoricae agitur,) iure nec Celsō adsignatus est libellus nec typis repetitus. — In catal. biblioth. Reimmanianae tom. II. (Hildesiae 1739. 8.) pag. 494 sqq. recensetur Bibl. lat. Fabric. et error de Celsō auctore notatur, Seueriano iure adseritur libell. eiusque edit. nominantur, etiam quaedam Curionis, quae princeps habetur. Denique anonymous in epistol. ad Reimman. „Habeo, ait, Popinae editionem, notatam manū, fortassis Cuincti, item apographum mstī, multum à vulgatis edd. diuersum, ex quo patescit, quibus temporib; vixerit Seuerianus, Gratiani imp. tum viuentis mentionem faciens.“

*Petrus Bondam* in variis lectionibus, (Zutphan. 1759. 8.) pag. 363 sqq. copiose eruditusque disserit de illo libello. Primum docet, *Iulium Seuerianum* interdum expressisse Ciceronem, ut pateat ex capite *de fine* pag. 308. inter antiquos rhetores lat. e bibl. Fr. Pithoei, (siue pag. 340 sq. edit. Claudiū Capperonnerii,) quod fere totum descripsisset ex Cic. lib. II. de inuent. rhet. cap. 17. At enim idem animaduertit, à Seueriano ne-

mipem

opinom veterum saepius sibi imitandum fuisse propositum, quam Cornelium Celsum; quippe quem Seuerianus non solum, quod ad res spectat, imitaretur, sed et verba Celsi ipsa, quantum fieri posset, in compendio suo servasse Seuerianum credibile videretur. Quare, quod Seuerianus pleraque sua ex Celso hauerit, ipsis plerumque semper reseruatis eius verbis, (quod ex iis locis, a Bondamo in medium productis, in quibus a veteribus Celsi librorum de arte rhetorica mentio fit, clare patet,) Bondam ex eo cauissam, cur in eodd. Celso attributa sint, quae revera Seuerianum agnoscunt auctorem, repetendam esse iudicat. Neque tamen Seuerianus Celsi vestigiis ita presso institit, ut non aliquando desereret praeceuntem et, si quid rectius videretur, immutaret; quod Bondam pariter demonstrauit, idemque Seuerianum fuisse aequaliter et contubernalem Sidonii Apollinaris, ex huius ep. 13. libri IX. pag. 597. et ex carinice IX. v. 333. evincit; denique obseruat Seueriani praecepta rhetoricae varias librariorum inscitia contraxisse corruptelas.

*Ad pag. 337. sect. 4.*

De edit. principe v. Panzer I. pag. 407. Clement Bibl. curieuse etc. tom. VII. pag. 6. qui potissimum ex Goetzii Memor. biblioth. Dresd. I. pag. 213. plures alias, praeincipue rario-

ratiōres, recenset edit., idemque *Mahudel* iudicium de melioribus Celsi editionibus, (in Hist. de l'Aead. des Inscript. etc. tom. VII. Paris. 1733. pag. 101.) refert.

*Ad pag. 338. lin. 1 et 2.*

Editio Aldina a. 1504. fol. nec indicatur in Serie dell' ediꝝ Aldinæ, et a *Io. Bapt. Morgagni* in epp. in *Celsum*, spuria iudicatur, quoniam ed. *Iustinina*, Venet. eiusdem anni, ab aliis pro Aldina sit habita: eique adsentiant *Goetz* et *Clement*. Atqui licet non solum *Fabricius*, *Almeloueen* aliquę mentionem eius Aldinae edit. faciant; sed *Krause* quoque in praefat. ad suas edit. pag. XII. inter editiones, quas sibi ad manus fuisse testatur, diserte nuineret *Iustininam* a. 1504. et *Aldinam* a. 1524. illaque itidem ibid. pag. XXXIII. in indiculo editionum Celsi Linde-niano aucto et emendato inemotetur: tamen *Krause* postea in epistola ad *Biancon.* prae-missa ipsius versioni libri: *Bianconi* Send-schreiben über den A. Corn. *Celsius* etc. pag. XXIX. agnouit et retractauit errorem, et statuit, tres, quae a quibusdam numerantur, edd. Ald. 1504. fol. 1508. 8. et 1508. 4. non esse diuersas; sed unam eademque a. 1508. min. fol. et errorem eorum, qui ed. a. 1524. laudent, ortum esse ex incuria. Contra ed. *Iustinas Ven.* non mettinit *Bandin.* in An-

nat. lūntat. typograph. I. pag. 14. ubi illius  
mentio debuerat iniici:

*Ad pag. 338. lin. 15.*

Num Celsi ed. cum medicis antiquis re-  
tusa sit a. 1549. fore dubito.

*Ad pag. 339. lin. 16.*

Edit. Amstel. a. 1687. in catal. bibl. Oo-  
sterdyk, Traiecti ad Rhen. 1793. pag. 100.  
nr. 1017. excusa dicitur in forma 8. et non-  
nullis V. L. mssstis ornata. — Edit. Lugd. B.  
ap. Io. Arh. Langerak. 1746. 8. parum de-  
bet Almeloucenio, aliena autem accepit orna-  
menta. v. Hamberg. Z. N. II. pag. 12. acta  
erudit. Lips. a. 1747. pag. 214. et epheimer.  
litter. Lips. a. 1746. nr. V. pag. 41 sq. —  
Sunt exemplaria, in quibus: Roterdamī  
1750. 8. — Illa Lugd. B. editio a. 1746.  
typis repetita est Basil. 1748. 8. — Vulp.  
editio Patau. 1750. recusa est Venetiis apud  
Remondintum 1763. 12.

*Ad pag. 340. lin. 21.*

Celsi libri VIII. ad edition. Petaulnatm et  
super. Lipsiensem, nunc cura Alberti von  
*Haller* denuo editi a P. R. Vicat. Lausan-  
nac 1773. 8. Haud probatur haec editio  
eruditis criticis.

Nouissima est editio: A. Cornelii Celsi  
de medicina libro octo, ad optimas. edd. colla-  
lati: Praemittitur notitia litteraria studiis so-  
cieta-

cletatis Bipontinæ. Editio acutata. Biponti ex typogr. societatis. 1786. 8.

*Ad pag. 340. lin. antepen.*

Item inter Antiquos rhetores latinos, e Francisci Pithoei bibliotheca olim editos; recogneuit, emendauit, notis stuxit *Claudius Copperonorus*. Argentorati 1756. 4. pag. 329 sqq. Heuthanni notae subiade audaciores insertae sunt, et a Rangio, (qui curam editionis gessit, sed ante illam absolutam mortuus est,) interdum refutatae.

*Ad pag. 341. sect. 6. lin. 2.*

*Io. Rhodii* dissert. de *Acia ad Corn. Celsi* mentein, qua simul vniuersa fibulae ratio explicatur, primum prodiit Patau. apud Paul. Frambottum. 1639. 4. — deinde secundis curis auctior. — Acc. de ponderibus et mensuris vett. medicorum, in primis C. Celsi; eiusdem *Rhodii* diff. et vita Celsi. Hafniae, sumt. Petri Hauboldi. 1672. 4. — *Celsi vita*, a Rhodio conscripta, tantum praefixa est edit. quibusdam, etiam Bipontinæ. — *Acia Cornelii Celsi* propriæ significationi restituta: *Alphonsus Nunnez* regius archiater defensus: a *Io. Jac. Chiffletio* —. Antwerp. ex offic. Plantin. Balth. Moreti. 1633. 4. v. *Goetz*. l. c. p. 215. — *Io. Baptista Morgagni* — in Aut. Cornel. Celsum et Q. Ser. Samoni- eum epistole. In quibus de utriusque aetoris

ctoris variis edit. libris quoque massis et commentatoribus differuntur. Hagae Comit. 1724. 4. *Morgagni* octo epistole in Celsum sunt integrae in eius *Opusculis miscellaneis*, quorum non pauca nunc primum produnt tres in partes divisa. Venet. 1763. fol. part. I. conf. noua acta erudit. Lipsiens. a. 1764. mens. Sept. et Oct. pag. 161 sqq. — Huc quoque referendae sunt *Io. Nardi Notæ geniales*, Bonomiae 1656. 4. in quibus pag. 518 — 599 est vetus Cora. Celsi libror. VIII. de medicina lectio restituta, contra Robertum Constantinum. Alios huc pertinentes libros deprehendens excitatos in indiculo edit. pag. XXXI. Krausianæ edit. praefixo.

*Ad pag. 341. sect. 6. lin. 20.*

C. Fr. Clöffii diss. anatomico-chirurgica, sistens analecta quaedam ad methodum lithotomiae Celsianam. Tubing. 1792. 4. §. 5—9. Celsi locus, ubi de illa agitur methodo, explicatur, additis notis criticis et indice variorum lectionum atque emendationum, a Morgagno et Targa propositarum. conf. ephem. litt. Tubing. a. 1792. pag. 74. p. 585 sqq.

*Ad pag. 341. lin. antepen.*

A Melhuso in *Osservazioni letterarie*, anno 1794. part. I. Florent. a. 1794. liber Bianconi sub examen vocatur, multaque in eo notantur, ita ut interpreti aut editori crisis illa

illa lectione atque comparatione habeatur digna vtilisque. Mehusius autem in opinionem adductus erat, forsan narratione Ernesti ad Fabric. Bibl. L. II. pag. 44. Bianconium parasse sibi Günzii adparatum ad Celsi editionem, quam ille instituit, sed morte absolum-  
tus absoluere non potuit. At enim et Bian-  
con. in epist. 12. pag. 236 sqq. versionis ger-  
man. Ernestinam narrationem falsitatis arguit,  
et Krause in epist. mem. versioni suae praemissa,  
pag. XXXXI. suo testimonio, copias  
Gunzianas; praeter varias codicum Florentin.  
lectiones ab ipso Biancon. procuratas, num-  
quam peruenisse in illius manus, sed tum,  
quum Krause illam scriberet epistolam, ad-  
huc a filio Gunzii custodiri, plane vindica-  
vit Bianconii fidem ab omni suspicione ma-  
lignantatis.

*Carol. Gottlob Kühn de philosophis ante Hippocratem medicinae cultoribus ad Celsum de medic. praeformationem, spec. I. Lips. 1781.* — recognitum et auct. in *I. Christiani Gottlieb Ackermannii opusculis ad medicinae historiam pertinentibus, — collectis. Norimberg. 1797. 8. nr. 4. p. 237 — 292.*

Libellum inscriptum: Adumbratio chi-  
rurgiae apud veteres Romanos sec. *A. Corst.*  
*Celsi* libr. VII. et VIII. de medicina, ex lati-  
no sermone in germanicum transtulit (*Grund-  
ris der Wundarzneykunst in den ältern Zei-*

ten der Römer, etc.) notisque instruxit I. C. Jaeger, Francof. ad Moen. 1789. 8. Laudatur versio; in notis vero textui subiectis vel sensus vel veteris et nouae chirurgiae praestantia non minus, quam diversitas haud male explicari dicitur.

*Ad pag. 342. lin. 6.*

Aste Grieum *Cour. Sprengel* aphorismos Hippocratis et *sententias Celfi* anglice vertit, notisque addidit Londini 1708. 1735. 8. v. Brüggemann *View* etc. pag. 640 sq. — Versiones gallicas a 1754. a Ninnin, Paris. 1756. 8. et germanicam a 1532. memorat Krause in præf. pag. XIII. Contra Degen l. c. l. pag. 37. germanicas Moguntin. 1531. min. fol. et Wormsat. auctore D. Io. Küffner. 1539. fol. — Italice vertit Ab. Chiari da Pisa. Vened. 1747. 8. II. tom. v. Paiton. Bibl. saepe laudatam, tom. I. p. 209 sq.

*Finis partis prioris.*


Paucois errores typographicos, quos opusculum leviter recognoscendo deprehendi, hic indicabo. Reliquos et ego alio forsan tempore corrigam, et ut TV L. B. emendas, humanissime rogo.


Pag. 30. lin. 1. leg. *The.*


- 54. lin. 4. a fine, leg. *incerare.*
- 62. lin. 18. leg. *absolut.*
- 63. lin. 14. leg. *editt.* et de etc.
- 76. lin. 6. a fin. leg. *ditatam.*
- 97. lin. 22. leg. *Maittaire.*
- 203. lin. 10. leg. *equis, viris, pro aequis viribus.*
- 231. lin. 3. leg. *biblioth.*
- 248. lin. 4. leg. *1594.*
- 300. lin. 5. leg. *Scholiis.*
- 321. lin. 20. leg. *Schnarr.*
- 322. lin. 10. leg. *Strothidnam editionem.*
- 324. lin. 8. leg. *Paris.*
- 338. lin. 2. leg. *motum.*
- 365. lin. 8. leg. *tam.*
- 377. lin. 19. leg. post *Aen.* adde, *completentem.*
- 404. lin. 9. leg. *atque, loco ut.*

Relique, plagulae in meas nondum veniunt manus.

*ER*









SEP 11 1955



